In prima pte poniť hieremie incarceratio. secūdo incarcerationis ratio. s. q: phetabat ciuitatē obsessam a chaldeis capiēdam ꝛ populū captiuandū. pter qđ sedechias reclusit euʒ ne talia coram pplo loqueret. ne cor populi formidine dissolueretur. peccauit tamē sedechias hoc faciendo. q: hieremias loqbať de mandato dei. ꝛ impellebať ad hoc ex eius instinctu ita q̄ nō poterat nō loq vt dictū est supra. xx. cetera patēt in lr̄a vsq ibi b Et ibi erit donec visitē eum. sc̄ʒ in morte que est vltima visitatio dei q̄tū ad p̄sentem vitam.

B

c Et dixit. hic ɔ̄tir Hieremias resumit suaʒ phetiā ꝛ diuidiť in duas. q: p̄ prophetizat ppl̄i iude liberationē. sc̄do sedechie fineʒ ca.xxxiiij. Circa primū sciēduʒ q̄ liberatio ppl̄i per cyrū fuit signuʒ ꝛ figura liberationis fiēde per xp̄m. iō p̄mo nūciať p̄ma. sc̄do secunda ca. se. Prima in duas. q: p̄ nūciať liberatio ppl̄i. secundo poniť cōfirmatio dicti: ibi. Et oraui. Primū ōnditur per hoc q̄ ex ordinatiōe diuina patruelis hieremie venit ad eū offerēs ei venalē agruʒ suū ꝛ ex diuina monitione hieremias emit: vt sic nō solū v̄bo ꝫ etiā facto ōnderet q̄ possessiōes destructe a chaldeis. iterum emerētur ꝛ possiderētur a iudeis post reditū de babylone. ꝛ fm h̄ ptʒ lr̄a aliq̄bus exceptis q̄ exponenť. Et dixit hieremias hoc nō referť ad lr̄am imediate p̄cedentē tanq̄ sit rn̄sio hieremie facta sedechie. ꝫ referť ad p̄ncipiū ca. vbi dr̄. Verbuʒ qđ factū est ad hieremiā a dn̄o. s. de liberatiōe ppl̄i. Sʒ q̄a reuelatio fuit sibi facta in carcere. ideo interposita fuit ei⁹ incarceratio. ꝛ incarceratiōis ratio. quo facto hic reuertiť hieremias ad narrandū reuelationē sibi factam cum diciť Et dixit hieremias. s. illis qui cum eo erāt in carcere ad suam ꝛ eorū consolationē. d Ecce ananeel. in heb. habeť ananeel patruelis tuus. i. filius patrui tui. e Et appē.

irlm ꝛ hieremias ꝓpheta erat clausus i atrio carceris q̄ erat in domo regis iuda Clauserat ei eū sedechias rex iuda dicēs Quare vaticinaris dicēs: h̄ dicit dn̄s ecce ego dabo ciuitatē istā i man⁹ regis babylōis ꝛ capiet eā. ꝛ sedechias rex iuda n̄ effugiet de manu chaldeoꝝ ꝫ tradeť i man⁹ regis babylōis ꝛ loq̄ť os ei⁹ cuʒ ore illi⁹ ꝛ oculi ei⁹ oculos illi⁹ videbūt ꝛ i babylonē b ducet sedechiam et ibi erit donec visitē euʒ ait dn̄s. si āt dimicaueritis aduersuʒ chaldeos nihil psperū ha c bebitis. ꝛ dixit hieremias Factū ē v̄bū dn̄i ad me di d cēs Ecce ananeel fili⁹ sellū patruelis tu⁹ veniet ad me dicēs. Eme tibi agrū meū q̄ est i anathot Tibi ei ɔpetit ex ꝓpinquitate vt emas Et vēit ad me ananeel fili⁹ patrui mei fm v̄bū dn̄i ad vestibulū carceris ꝛ ait ad me. Posside agrū meū q̄ ē i anathot i terra beniamin q: tibi ɔpetit hēditas ꝛ tu ppinqu⁹ es vt possideas. Intellexi āt q̄ v̄bū dn̄i eēt Et emi agrū ab ananeel filio patrui mei qui est i ana e thot. Et appēdi ei argentū septē stateres ꝛ .x. argēteos f g ꝛ scripsi i libro ꝛ signaui et h adhibui testes. Et appēdi i argētū i statera ꝛ accepi li k l brū possessionis signatū ꝛ m n stipulatiōes ꝛ rata ꝛ signa forinsecus. Et dedi libruʒ possessiōis baruch filio neri filij maasie in oculis ananeel patruelis mei ꝛ i oculis testiū qui scripti erāt in libro emptionis: ꝛ in oculis omniū iudeorū qui sedebant in atrio carceris. ꝛ precepi baruch coram eis dicens. Hec dicit domin⁹ exercituū deus israel. Sume libros istos librum emptionis hunc signatū. ꝛ librum hūc q̄uo apertus est o ꝛ pones illos in vase fictili vt pmanere possint diebus multis. Hec em̄ dicit dn̄s exercituū deus israel. Adhuc possidebūť dom⁹ ꝛ agri ꝛ vinee in terra ista. p Et oraui ad dn̄ʒ postq̄ tradidi librū possessionis baq ruch filio neri dicēs. Heu heu heu dn̄e de⁹. Ecce tu r fecisti celū ꝛ terrā in fortitudine tua magna: et in bras chio tuo extento. Nō erit tibi difficile omne verbum t qui facis misc̄diam in milibus. ꝛ reddis iniquitateʒ patrū i sinū filioꝝ eoꝝ post eos. Fortissime magne et potens: dn̄s exercituū nov mē tibi magnus ɔsilio ꝛ inx cōp̄hēsibilis cogitatu cui⁹ oculi apti sūt sup oēs vias filioꝝ adam vt reddas vnicuiq̄ fm vias suas ꝛ fʒ fruy ctū adinuētionū ei⁹. Qui posuisti signa et portēta in

ei ar. septē sta. stater ē medietas vncie fm q̄ dic̄ Isid. xvi. Etymo. f Et scripsi in li. i. in charta q̄ solet fieri de talibus emptiōibus. g Et signaui. s. sigillis debitis. h Et adhibui testes. ad maiorē certitudinē. i Et accepi librū possessiōis. i. emptionis p quā hr̄ ius possidendi. k Signatū. s. sigillis debitis. l Et stipulatiōes. i. interrogationes ꝛ rn̄siones vendētis ꝛ emētis. vt emis emo. vēdis vēdo. m Et rata. i. verba vtriusq̄ cōsensum exp̄mētia. n Et signa forinsecus. i. chartā apertaʒ consilem clause et sigillate qđ fiebat antiquit⁹ vt de facili posset hō videre virtutē charte clause. vnde i heb. hic habetur. Et discoopertū id ē scriptū apertū. o Et pones eos in vase ficti. vt pmanere pos. die. multis. s. vsq̄ ad solutioneʒ babylonice captiuitatis. si em̄ posite eēnt illic lr̄e in vase p̄cioso citius raperenť ꝛ si i lapideo vase vl̄ aliquo hmōi citi⁹ putrefierēt pť lapideum humorem vas aūt fictile siccuʒ est pter decoctionē p Et oraui. h̄ ɔ̄tter poniť cōfirmatio dicti p h̄ q̄ hieremias petit a dn̄o pfectius instrui de ratiōe emptiōis dicte cuʒ ciuitas eēt de pxio capienda ꝛ popul⁹ captiuandus. ꝛ dn̄s rn̄dit q̄ post captiuitatem ad loca sua ppl̄us reuerteť. Sic ergo procedeť q: p̄ poniť hieremie petitō. secūdo dn̄i rn̄sio ibi. Et factum est. Sn̄ia p̄me partis patʒ exceptis aliquib⁹ que discurrētur. q Heu heu heu. ter poniť ad exprimendū dolorē pphete de destructiōe templi ciuitatis ꝛ populi. r In fortitudine tua magna ꝛ in brachio. repetitio est eiusdem ad maiorē expressioneʒ in deo em̄ qui sp̄ūs est. brachium diciť eius potentia. sicut oculus eius noticia. s Non erit tibi difficile om̄e verbum. i. q̄dcūq̄ fieri possibile. t Qui facis misc̄diam in milibus ꝛc̄. i. pronior es ad miserendū q̄ ad cōdēnandum v Magnus cōsilio. q: nullus pōt scire dei consiliuʒ nisi q̄tum reuelauerit. x Et incōprehensibilis cogitatu. q: q̄tūcūq̄ deū cognouerit intellect⁹ creat⁹ remanet tn̄ ab eo incōprehēsus. y Qui posuisti signa ꝛ portēta in terra egypti. signa pprie dicunť q̄ signant aliq̄d de pn̄ti sicut subita ɔuersio virge moysi in serpētē fuit signū diuīe v̄tutis

C

Exo.34.a.

B

hoc faciētis portēta q̄ dicunt q̄ſi porro tenſa. i. in longin-
quū ſignant de futuro ⁊ ſic virga moyſi deuorauit virgas
magoꝝ in portentū deuoratiōis egyptioꝝ in mari rubro
p extēſionē virge moyſi ſupra mare Exo. xiij. z Vſq3
ad diē hāc. eſt meōria hui⁹ a In iſrl' ⁊ in hoib⁹. aliaꝝ gē
tiū. b Et tibi fe.
nomē oſtēdēdo q tu
ſis de⁹ iſrl'. c Si
cut eſt dies hec. i. ſic
apparet in pñti. cete
ra patent vſq3 ibi.
Exo.17.c. d Ecce munitō. ex
ſtru. ſūt aduerſum ci
uitatem. i. arietes ad
frangendū muros: ⁊
prerie ad pijciendū
lapides intra ciuita-
tem et turres lignee
ad pugnandū deſup
cū illis q̄ defendunt
murū. e A facie
gla. ⁊ fa. ⁊ peſtilentie
q2 multi de illis qui
erant in irlm iā erāt
mortui gladio ⁊ mul
ti fame ⁊ multi aeris
corruptiōe. f Et
tu di. mi. domie de⁹
eme agrū. q. d. hoc ē
mi mirabile ppt iſta.
g Et fa. eſt. hic pñr
ponit dñi rñſio. et p̄
de ciuitatis deſtru-
ctiōe ⁊ populi capti
uatōne. ſcdo de ppl'i
reductōe. ibi. Et nūc
ſnia prime partis pa
tet in lra vſq3 ibi.
E h Et do. in q̄rū do
ma. i. tectis. i Sa
crifi. bal. tecta enim
domoꝝ illi⁹ tre ſunt
plana et ibi edifica-
bāt altaria ydoloꝝ
ad maiorē reuerētiā
ipſoꝝ. k Facien
tes ma. in ocu. meis
ab adol'. ſua. Adole-
ſcētia populi iſrl' dr
in exitu d egypto. vt
dictū eſt ſupra ca. ij.
⁊ extunc fuerūt ido-
latre: vt pz in vituli
adoratōe Exo. xxxij
l Quia in furore ⁊c̄
id eſt digna vindicte
⁊ punitionis mee.
m A die. id ē a tpe.
n Qua edificauerūt
eam. ⁊ hoc fuit tēpo
re ſalomonis q̄ hie-
rusalē pus edificatā
a melchiſedech am-
pliauit. ⁊ triplici mu
ro clauſit: ⁊ ipe ydo-
latra fuit. iij. Re. xj.
⁊ occaſiōe ei⁹ multi
de pplo. o Aufe
ret de conſpe. meo. p
ei⁹ deſtructionē. Ce
tera patent vſq3 ibi.

5 terra egypti vſq3 ad diem
a b hāc. ⁊ in iſrl' ⁊ in hoibus ⁊
c tibi feciſti nomē ſicut ē di-
es hī. Et eduxiſti pplm tuū
iſrl' de terra egypti i ſignis
⁊ portētis ⁊ in manu robu
ſta ⁊ in brachio extēto ⁊ in
trore magno: ⁊ dediſti eis
terrā hāc quā iuraſti patri
bus eoꝝ vt dares eis terrā
fluētē lacte ⁊ melle. ⁊ igreſ
ſi ſunt et poſſederūt eā. Et
nō obedierūt voci tue. ⁊ in
lege tua nō ambulauerunt
oia que mādaſti eis vt fa-
cerēt nō fecerūt: ⁊ euenerūt
d eis oia mala hec. Ecce mu
nitiones extructe ſunt ad-
uerſum ciuitatē vt capiat
et vrbs data eſt in manus
chaldeorū ⁊ in man⁹ regis
babylonis q̄ pliant aduer
e ſus eam a facie gladij ⁊ fa-
mis ⁊ peſtilētie ⁊ quecūq3
locut⁹ es acciderūt vt tuipe
f cernis. Et tu dicis mihi do
mine de⁹ eme agrū argēto
⁊ adhibe teſtes cū vrbs da
ta ſit in man⁹ chaldeorum
g Et factū eſt verbū dñi ad
hieremiā dicēs. Ecce ego
dñs deus vniuerſe carnis
Nunqd mihi difficile erit
omne verbū. Propterea
hec dicit dñs. Ecce ego tra
dā ciuitatē iſtam in manus
chaldeoꝝ ⁊ in man⁹ regis
babylonis ⁊ capiēt eam: ⁊
veniēt chaldei pliātes ad-
uerſum vrbē hāc ⁊ ſuccen
dēt eā igni ⁊ comburēt eā
h ⁊ domos i q̄rū domatib⁹
i ſacrificabāt baal ⁊ libabāt
dijs alienis libamia ad ir-
ritandū me. Erant eni filij
k iſrl' ⁊ filij iuda iugit facien
tes malū i oculis meis ab
adoleſcentia ſua. filij iſrl' q̄
vſq3 nūc exacerbabāt i ope
l manuū ſuaꝝ dicit dñs. q2 i
furore ⁊ i indignatiōe mea
m facta eſt mihi ciuitas hec a
n die qua edificauerūt eā vſq3
o ad diē iſtā qua auferet de
cōſpectu meo propter ma
liciā filioꝝ iſrl' ⁊ filioꝝ iuda
quā fecerūt ad iracundiam
me puocātes ipſi et reges
eorū ⁊ principes eoꝝ ⁊ ſa-
cerdotes ⁊ pphete eorū vi
ri iuda ⁊ habitatores irlm
Et verterūt ad me terga ⁊
p nō facies: cum docerē eos
q ⁊ erudirem diluculo: ⁊ nol
lent audire vt acciperēt di
r ſciplinā. Et poſuerūt ydo
la ſua in domo i qua inuo-
catū eſt nomē meū vt pol-
s luerent eam ⁊ edificauerūt
excelſa baal que ſunt i val-
t le filij ennon vt initiarēt fi
lios ſuos ⁊ filias ſuas mo
loch quod nō mādaui eis
nec aſcendit in cor meū vt
facerēt abominationē hāc
⁊ in peccatum deducerent
v iudam. Et nunc ppter iſta
x hec dicit dominus de⁹ iſ-
y rael ad ciuitatem hanc. de
z qua vos dicitis. q tradā-
tur in manus regis baby-
lonis in gladio et in fame
a ⁊ in peſte. Ecce ego cōgre
gabo eos de vniuerſis ter
ris ad quas eieci eos in fu
rore meo ⁊ in ira mea: et in
indignatione grandi: ⁊ re-
ducam eos ad locum iſtū
b ⁊ habitare eos faciam cō-
fidēter: ⁊ erunt mihi in po-
pulū ⁊ ego ero eis in deū
c Et dabo eis cor vnū ⁊ viā
d vnam vt timeant me vni-
uerſis diebus: et bene ſit
eis ⁊ filijs eorum poſt eos
e Et feriam eis pactum ſem
f piternum: et non deſinam
eis benefacere: ⁊ timorem
meum dabo in corde eo-
rum vt non recedant a me
g ⁊ letabor ſuper eis cum be
h ne eis fecero. Et plantabo

p Cū doce. eos p pphas meas. q Diluculo. i. valde
ſollicite ⁊ diligēter. r Et poſue. ydola ſua ⁊c̄. hoc potiſ-
ſime fuit tpe manaſſe. iiij. Reg. xxj. s Et edificauerūt
⁊c̄. videt ꝯdictio excelſa ⁊ in valle. Dicendū q iā eſſent al-
taria in valle. tū corp⁹ altaris ydoli erat excelſius q̄ altare
dñi. t Ut initia-
rent. i. cōſecrarēt. de
mō aūt hui⁹ cōſecra
tiōis dictū eſt ſupra
frequenter. v Et
nūc. hic ponit rñſio
dñi de reductiōe po-
puli. ⁊ p̄ cōtinuat ſ̄
lra pcedētib⁹ cū dr. F
v Et nūc ⁊c̄. ſ. pctā
predicta. x Hec
dicit dñs ⁊c̄. illud qd
poſtea ſequitur.
y De q̄ vos dicitis
tu hieremia ⁊ alij p- s̄.2.f.
phete. z Qr tra-
dat ⁊c̄. et in veritate
erit ita ſ̄ qd dic de⁹
iſrl' ad hanc ciuitatē
vltra. ⁊ ſubdit rñſio s̄.7.b.
dñi. a Ecce ego 4. Reg.22.c
cōgre. ⁊c̄. ⁊ loquit de
reductōne captiuita-
tis babylonice: quia
captiuitas p ſalma-
naſar regē aſſyrioꝝ
facta de regno iſrael
vltra mōtes caſpios
nō ē adhuc reducta.
b Et habitabit ⁊c̄.
nō eſt hoc intelligen
dū p oi tpe generali
ter: q2 aliqñ ppl's de
babylone reduct⁹ fu
it i magno timore ad
uerſarioꝝ poſit⁹ vt
pz in neemia ⁊ in li.
machab. c Et do
bo eis ⁊c̄. q2 a tpe il-
lo nō legit ppl's ille
ad ydolatriam decli-
naſſe. d Ut time-
ant me vniuerſ. die-
bus. qd impletū eſt
i credētib⁹ de iudeis
e Et fe. eis pa. ſem
piternū. qd aliqui ex
ponūt de lege noua.
cui nō ſuccedit alia i
heb. tū hr. Pactū ſe- Ezech.11.c
culi. ppter qd pōt ex
poni de promiſſione
reductionis captiui-
tat' babylonice ⁊ cō G
ſeruatione populi in
terra. f Et nō de
ſi. eis bñfacere. q̄ diu
ſtabunt in obia mea.
tales eni pmiſſiōes
ſunt ſub cōditiōe vt
dictū eſt ſ̄. xxviij. et
xviij. g Et leta-
bor ⁊c̄. deus eni ñ de
lectat in penis. ſ̄ in
bñficijs largiendis.
h Et plantabo eos

in terra iſta i veritate ⁊c̃.i.firmit.ita ꝙ nõ euellent ꝑ capti-
uitatẽ ꝙ̃diu adherebũt mihi: ſ; poſtq̃ negauerũt eũ coraʒ
pilato dí. Nõ habem⁹ regẽ niſi ceſarẽ.expulſi ſunt de ter-
ra illa per tytũ ⁊ veſpaſianũ.⁊ per orbẽ diſperſi ſunt.
i Sicut adduxi ⁊c̃.i.deſtructionẽ templi ciuitatis ⁊ po-
puli. k Sic addu-
cã ſup eos omne bo-
nũ. nõ ſimpliciter et
abſolute.ſ; ſub deter
minatiõe.iõ ſubdit.
l Qd ego loq̃r ad
eos.ſ. reductionẽ de
captiuitate ad terraʒ
ꝓpriam.ideo ſubdit.
m Et poſſidebunt
agri ⁊c̃.⁊ patet lr̃a vſ
qʒ ibi. n Et ſcri-
bẽtur.ſ. emptiones.
o In libro. id eſt in
chartis. ⁊ ponit hic
ſingulare pro plura-
li.ſicut Exo.viij. Ve
nit muſca grauiſſima
⁊c̃. p Et impme
tur ſignũ.i.ſigillum
q Et teſtis adhibe
bit.i.teſtes. r In
terra beniamin ⁊c̃.lo
quit eñ tm̃ de regno
duarũ tribuũ.ſ.iude
⁊ beniamin:reuertẽ-
tes eñ de babylone
nõ recuperauerũt re
A gnum ſamarie ſ; ma-
nebãt ibi gentiles q̃
dicebãtur ſamarita-
ni etiã tempore xp̃i.
s Et in ciuitatib⁹
que ad auſtrum ſunt
ille erãt de ſorte iude
que erat in parte au-
ſtrali terre promiſſio
nis.ſicut habetur Io
ſue.xv.capitulo.
In capitulo.xxxij
vbi dicit in poſtilla.
Heu heu heu.

eos in terra iſta in veritate
in toto corde meo et i tota
anima mea:qr hec dicit dñs
i Sicut adduxi ſup populũ
k iſtũ oẽ malũ hoc grãde:ſic
adducã ſup eos oẽ bonum
l quod ego loquor ad eos.
m Et poſſidebũt agri in terra
iſta de q̃ vos dicitis ꝙ de
ſerta ſit eo ꝙ nõ remãſerit
hõ ⁊ iumentũ et data ſit in
man⁹ chaldeoꝝ. Agri emẽ
n tur pecunia ⁊ ſcribent in li
o bro ⁊ imprimet ſignũ:⁊ te
p q r ſtis adhibebit in terra be-
niamin ⁊ in circuitu irl̃m in
s ciuitatib⁹ iuda ⁊ in ciuita-
tib⁹ mõtanis ⁊ in ciuitati-
bus cãpeſtrib⁹ ⁊ in ciuita-
tib⁹ que ad auſtrũ ſũt. qui
cõuertã captiuitatẽ eorum
ait dñs. Cap̃.XXXIII

Et factũ eſt ṽbuʒ dñi
ad hieremiã ſcd̃o:cuʒ
adhuc clauſus eſſet in
atrio carceris dicẽs Hec di
cit dñs q̃ factur⁹ eſt ⁊ for-
matur⁹ illud ⁊ ꝑatur⁹ dñs
b nomẽ ei⁹. Clama ad me et
c d exaudiã te et annũciabo ti
e f bi grãdia et firma q̃ neſcis
g Quia h̃ dicit dñs de⁹ iſrl̃
ad domos vrbis hui⁹ ⁊ ad
h domos reg̃ iuda q̃ deſtru
i k cte ſunt ⁊ ad munitões ⁊
ad gladiũ veniẽtiũ vt dimi
l cent cũ chaldeis ⁊ impleãt
m eas cadauerib⁹ hoim q̃s p
cuſſi i furore meo ⁊ in indi
gnatiõe mea abſcõdẽs fa-
ciẽ meaʒ a ciuitate hac ꝓpt
n omnẽ maliciam eoꝝ. Ecce
ego obducã eis cicatricẽ ⁊
o ſanitatẽ ⁊ curabo eos et re
uelabo eis depcationẽ pa-
p cis ⁊ veritatis ⁊ cõuertam
cõuerſionẽ iuda ⁊ cõuerſio
q nẽ irl̃m:⁊ edificabo eos ſi-
r cut a p̃ncipio:et emũdabo
illos ab oi iniq̃tate ſua i q̃
peccauerũt mihi:et ꝓpici⁹
ero cũctis iniq̃tatib⁹ eoꝝ i
quib⁹ dereliquerũt mihi ⁊
s ſpreuerũt me. Et erit mihi
i nomẽ ⁊ in gaudiũ ⁊ i lau-
dẽ ⁊ i exultatiõeʒ cũctis gẽ
t tib⁹ tre q̃ audierint oĩa bo
na q̃ ego factur⁹ ſum eis et
v pauebũt ⁊ turbabunt i vni
uerſis locis ⁊ i oi pace quã
ego faciã eis Hec dic̃ dñs
x Adhuc audiet in loco iſto

ſccedẽti.⁊ ꝑ machinas ꝓiicientes lapidẽ intra ciuitatẽ do
mus iam in pte erant deſtructe. i Et ad munt.ſ.bladi
vini ⁊ victualiũ q̃ iã fere erãt ꝯſũpte in ciuitate. k Et
ad gla.ve.vt di.cũ chaldeis ꝫ ciuitatẽ. exercit⁹ ei chaldeo
rũ ſẽp augmẽtabit. l Et imple.eas.ſ.domos irl̃m ⁊ plate-
as. m Cadauerib⁹
⁊c̃. chaldei eñ i illis
interfectiõib⁹ fuerũt
q̃ſi inſtra dei ⁊ execu
tores iuſticie eius vt
freq̃nter dictũ eſt ſ̃.
n Ecce ego. ꝯñr
ponit medicina ſiue
redemptio. Circa qd̃
ſciendũ ꝙ totum re-
ſiduũ hui⁹ ca. expo-
nit Rab.Sa. de tpe
meſſie dicẽs illud ad
implẽduʒ qd̃ iam eſt
impletũ.dr̃ g̃ in ꝑſo-
na redemptoris.
n Ecce ego ⁊c̃.cuʒ
eñ cicatrix vulneris
eſt obducta tunc eſt
vuln⁹ ꝑfecte ſanatuʒ
⁊ ſanitas perfecta da
ta eſt ꝑ xp̃m ⁊ nõ per
aliũ. o Et reuela
bo eis deprecationẽ
pacis et veritatis.ſ.
pacẽ ⁊ veritateʒ ꝓ q̃
depcati ſunt ptes ve
ter̃ teſtamti. iõ xp̃o
nato clamauerũt an-
geli Luce.ij. Glĩa in B
altiſſimis deo.⁊ i ter
ra pax hominibus bo-
ne voluntatis.
p Et cõuertã ꝯuer-
ſionẽ iuda ⁊ conuer.
hierl̃m.ſ.cõfitentiuʒ
pctã ſua ⁊ veniẽtiuʒ
ad eccleſiam q̃ noiat
irl̃m Eſa.ij.ad Heb.
xij.⁊ Apo.xxi.
q Et edi. eos ſicut

Additio.

Vbi nos habem⁹. R.a.a. in hebreo nõ ponit hic aliq̃
dictio ter.ſed vnica dictio ex tribus l̃.s cõpoſita: ſi
cut dictũ fuit ſupra.in additione ſup ca.iiij.⁊ hec di
ctio eſt quedã interiectio ⁊ exprimẽs dolorẽ. Ca.xxxiij.
Et factũ ẽ. Hic ꝯſequẽter deſcribit redemptio facta
ꝑ xp̃m.⁊ qr talis reuelatio ẽ ardua. iõ p̃mo p̃mittit
quedã p̃fatio.ſcd̃o ſubdit narratio ibi. Quia hec dic̃
Circa primũ ponit ordo huius reuelatiõis reſpectu prece
dentis cũ dr̃. Secundo ⁊ locus. In atrio carceris.⁊ actor.
Hec dicit dñs q̃ facturus eſt ⁊c̃.in ꝯceptione eñ xp̃i aliq̃d
factũ eſt a deo ꝑ creationẽ.ſ.aĩa ⁊ corp⁹ formatũ eſt ṽtute
ſpũſſancti. ⁊ aĩa parata eſt plenitudine gr̃e. b Clama
ad me.ſicut ſcti p̃deceſſores tui orauerũt ad me de ꝓmiſ-
ſione xp̃i. c Et exaudiã te.debito tñ tpe. d Et an
nũciabo tibi.exnũc. e Grãdia ⁊ fir.fu.ſ.myſteriũ redem
ptionis fiẽde ꝑ xp̃m.qd̃ eſt quid maximũ ⁊ ſtabiliſſimũ.
f Que neſcis.qr iſtud myſteriũ nõ eſt ꝯp̃hẽſibile a mor-
tali hoie. g Quia hec dicit. Hic ꝯñr ponit narratõ vbi p̃
mo deſcribit mod⁹ redẽptiõis:ſcd̃o ꝑſona redẽptoris: ibi
Ecce dies. Prima adhuc i duas.qr p̃ breuit reperit popl̃i
captiuatio.ſcd̃o xp̃i redẽptio:ibi. Ecce ego.vt ſic oppoſi-
ta iuxt ſe poſita magis eluceſcãt. Circa p̃mũ dicit. Hec di-
cit dñs de⁹ iſrl̃ ad domos ⁊c̃. ⁊ ſubdit. h Que deſtru.
ſunt.tũc eñ ciuitas erat obſeſſa a chaldeis vt dictũ eſt ca.

a p̃ncipio.p̃ncipiũ ei edificatõis fuit in exitu de egypto q̃
edificatio fuit ꝑ ſigna ⁊ miracula diuine virtutis: vt pʒ in
Exo.⁊ in li. Nu.⁊ in plurib⁹ locis ⁊ h̃ mõ edificata ẽ eccle
ſia in aduẽtu ſaluatoris. vt pʒ in euãgelijs. r Et emun
dabo illos ⁊c̃.hoc nõ pñt exponere iudei de aliq̃ tpali ſal-
uatiõe ppl̃i p̃terita.qr dicũt ꝙ in oi punitiõe vel afflictõe
quã ſuſtinuerũt vſqʒ nũc ⁊ ſuſtinebũt vſqʒ ad aduentũ meſ
ſie ſẽp expiat aliqua ps pene debite pro vituli adoratiõe:et
iõ iſta emũdatio ꝓprie intelligit de xp̃o qua ꝑ ſuũ ſangui-
nẽ lauit nos a pctis nr̃is q̃ eſt ꝑfecta mũdatio. ꝓpter qd̃ il
lis qui lauãtur ꝑ baptiſmũ nõ imponit aliqua pnĩa ſatiſfa
ctoria ꝓ pctis p̃teritis qr baptiſmus delet penã ⁊ culpam
s Et erit mi.in no.⁊c̃.ſeq̃t. Cũctis gẽtib⁹ terre:qr i oibus
gẽtib⁹ ſunt aliq̃ credẽtes xp̃o in q̃b⁹ noiat ⁊ laudat ⁊ ante
finẽ mũdi ꝑfecti⁹ implebit. t Que audi.oĩa bo.ſ. aſſum
ptionis humane nature opationis miraculoꝝ: eductõnis
de inferno ⁊ trãſlationis in celũ. v Et pauebunt ⁊ tur-
babunt:iſte pauor ⁊ iſta turbatio nõ ſunt ire vel impatien
tie.ſ; admiratiõis pre magnitudine diuine miſcdie in pre-
dictis. x Adhuc audiet in loco iſto ⁊c̃. ſm ꝙ dicit Ra.
ſa.hic eſt metaphorica locutio.ita ꝙ ꝑ hoies ⁊ paſtores in
telligunt ppl̃i rectores:⁊ ꝑ pecora iumẽta ⁊ greges intelli
gũtur ſubditi eoꝝ.vñ ꝙ in fine di. Adhuc trãſibũt greges
ad manũ numerãtis.ſic exponit.i.ppl̃i ſub manu regis in
capite eoꝝ p̃cedẽtis ꝑ quẽ regẽ intelligit meſſiã venturuʒ.

quē nos cōfitemur veniſſe. ⁊ ſm̄ hoc exponēda eſt ſic lr̄a. x Adhuc audiet in loco iſto.i. eccl'ia noie irl'm ſignificata eo φ ibi fuit inchoata p xp̄i p̄dicatione͂ paſſionē ⁊ reſurrectionē ⁊ ſpūſſancti miſſionē. y Quē vos dicitis eſſe deſertū: p chaldeos in tp̄alib⁹ ⁊ p demones in ſpūalib⁹. et qd ibi audiat ſubditur.

eā dn̄s iuſt⁹ nr̄. ita φ nomē dn̄i tetragrāmaton loco cuius habem⁹ dn̄s. nō refert ad meſſiā ſʒ ad deū qui mittet eū. ⁊ edificabit nouā irl'm ſm̄ eoꝝ errorē. vt dictū eſt ſ. xxxj. et ſic dr̄ vocare eā inq̄ꝫtū ip̄emet edificabit. ſʒ falſificatio iſta appet p trāſlationē chaldaicā q̄ vbi nos habem⁹. Et h̄ eſt

z Vox gau. et vox leticie. qd̄ fuit impletuʒ in xp̄i natiuitate angelis deū iocūde laudētib⁹ Luce ij. et in ſpūſſcti miſſione qn̄ apl'i aliiq; credentes variis linguis loquebāt magnalia dei Act. ij. a Vox ſpō ſi. id eſt xp̄i p̄dicātis b Et vox ſponſe. i: eccleſie deū laudantis. vt iam dictuʒ eſt de aplis. c Et por. vo. in domo dn̄i. qd̄ videmus impletū in credētibus cum diuinis laudib⁹ ad eccleſiam portantibus vota ſua. d Reducaʒ ei ꝯuerſionē terre ſicut a principio. i. per miracula reducaʒ homines ad fideʒ ſicut populū iſrael p miracula eduxi d̄ egypto

C e Adhuc erit ⁊c̄. habitaculum paſtorum ⁊c̄. id eſt apl'orum et ſucceſſorū eorundeʒ

ī.23.a. in eccl'ia q̄ habēt officiū paſcēdi fideles in eccl'ia dei. f In ciuitatib⁹ ⁊c̄. i. in oībus mūdi ptib⁹ exp̄munt tn̄ i ſpāli irl'm ⁊ iudea ⁊ loca illa ꝓpinqua: q2 ibi icepit eccl'ia ꝓut ꝯ ſynagogā diſtinguit ⁊ hoc p p̄dicatiōeʒ xp̄i ⁊ apoſtolorū ꝑpt qd̄ dixit eis Act. j. erit' mihi teſtes in irl'm in oīn iudea ⁊ ſamaria. ⁊ vſq; ad vltimū terre q2 tn̄ paſtores ⁊ populares ſunt ſb̄ vno rege

y quē vos dicitis eē deſertū eo φ nō ſit hō nec iumētuʒ in ciuitatibus iuda ⁊ foris irl'm q̄ deſolate ſunt abſq; hoie ⁊ abſq; habitatore et
z abſq; pecore. vox gaudij ⁊
a b vox leticie: vox ſpōſi ⁊ vox ſponſe: vox dicentiū confitemi dn̄o exercituū qm̄ bonus dn̄s qm̄ ineternū miſe
c ricordia ei⁹ ⁊ portātiū vo
d ta i domo dn̄i. Reducā ei cōuerſionē t̄re ſicut a p̄ncipio dic̄ dn̄s. Hec dic̄ dn̄s
e exercituū. Adhuc erit i loco iſto deſerto abſq; hoie ⁊ abſq; iumēto ⁊ i cūctis ciuitatib⁹ ei⁹ bitaculū paſto
f rū ⁊ accubātiū gregū i ciuitatib⁹ mōtoſis ⁊ i ciuitatibus cāpeſtrib⁹ ⁊ i ciuitatibus q̄ ad auſtrū ſūt et i t̄ra beniamin ⁊ i circuitu irl'm
g ⁊ in ciuitatib⁹ iuda adhuc trāſibūt greges ad manuʒ
h nūerātis ait dn̄s Ecce dies veniēt dic̄ dn̄s ⁊ ſuſcitabo v̄bū bonū qd̄ locut⁹ ſū ad domū iſrl' ⁊ ad domū iuda. In dieb⁹ illis ⁊ in tp̄e
i illo germiare faciē dd̄ germē iuſticie ⁊ faciet iudiciū
k ⁊ iuſticiā i terra. In dieb⁹ illis ſaluabit iuda: ⁊ iſrael habitabit ꝯfident. Et hoc ē nomē qd̄ vocabūt eū. dn̄s iuſtus noſter. Quia h̄ dic̄ dn̄s. Nō interibit de dauid vir qui ſedeat ſup thronum domus iſrl' ⁊ de ſacerdotibus ⁊ de leuitis nō in
a teribit vir a facie mea q̄ offerat holocauſtomata ⁊ incendat ſacrificiū ⁊ cedat victimis omibus dieb⁹. Et factū eſt verbū dn̄i ad hieremiā dicēs. Hec dicit do
b minus. Si irrituʒ pōt fieri pactū meū cū die ⁊ pactuʒ meū cū nocte vt nō ſit dies ⁊ nox i tp̄e ſuo ⁊ pactū meum irritū eē poterit cuʒ dd̄ ſuo meo vt n̄ ſit ex eo fili⁹ q̄ regnet i throne ei⁹ ⁊ leuite ⁊ ſacerdotes miſtri mei.
c Sicut enūerari nō pn̄t ſtelle celi ⁊ metiri harene maris ſic multiplicabo ſemen dd̄ ſerui mei ⁊ leuitas miniſtros meos. Et factū eſt verbū dn̄i ad hieremiā di
d cēs. Nunq̄d nō vidiſti q̄d
e ppl's hic locut⁹ ſit dicens.
f due cogitationes q̄s elege
g rat dn̄s abiecte ſunt ⁊ populū meū deſpexerūt eo φ nō ſit vltra gens coraʒ eis
h Hec dicit dn̄s. Si pactuʒ
i meū int diem ⁊ noct ē: ⁊ leges celo ⁊ terre non poſui
k eq̄dē ⁊ ſemen iacob et da
l uid ſerui mei ꝓiiciā vt nō aſſumā de ſemie eius p̄ncipes ſeminis abrahā yſaac ⁊ iacob. Reducā eīm ꝯuerſionē eoꝝ ⁊ miſerebor eis.

qd̄ vocabunt euʒ. ſic hʒ. Et hoc eſt nomē qd̄ ipſi dicēt ei. et iō aliq̄ correctores nr̄i qui ſic correxerunt. Et h̄ eſt qd̄ vocabūt euʒ. vident in h̄ aliq̄ mō ſequi falſificatio nē p̄dictā. Nō interibit vir de dauid ⁊c̄. h̄ impletū eſt de xp̄o q̄ ſm̄ carnem eſt de tribu ſacerdotali et tribu regia que erāt cōmixte. ⁊ eius regnuʒ ⁊ ſacerdotiū ſūt eterna ſʒ φ deducit apoſtolus ad Hebre. ſatis diffuſe. a Qui offerat holocauſtomata. oblatio ei xp̄i in cruce cōtinet in ſe perfecti⁹ virtutē omniū ſacrificiorū vet. le. ⁊ ideo deſignat h̄ per plura ⁊ varia ſacrificia ve. le. Et iſtō ſacrificiū offert quotidie in eccl'ia in quo xp̄s ē ſacerdos ⁊ hoſtia. b Si irritū pōt ⁊c̄. iſtud pactum hr̄ Geñ. viij. Nox et dies nō requieſcent eſt ergo ſenſus φ ſic illud pactum fuit firmū. ita illud qd̄ dicit hic de regno ⁊ ſacerdotio. c Sic̄ enumerari nō poſſūt ⁊c̄. iſtud impletuʒ eſt in xp̄o deſcendente de dauid cui⁹ ſemē ſunt fideles per orbē multiplicati ſic̄ ſtelle celi. d Nunq̄d nō vidiſti quid ppl's hic ſcʒ babylonicus. e Locutus ſit ⁊c̄. ſ. iude et beniamin. B

xp̄o. iō ſubdit. g Adhuc trāſibūt ⁊c̄. i. xp̄i regis cui cognitus ē numerus electoꝝ. h Ecce dies. h̄ p̄mr deſcribit p̄ſona redēptoris. ⁊ p̄mo q̄ꝫtū ad verā hūanitatē cū dicit. i Germiare ⁊c̄. q2 xp̄s ſm̄ carnē deſcēdit de dd̄ Math. j. φ aūt de xp̄o intelligat ad lr̄aʒ ptʒ trāſlatione͂ chaldaicaʒ q̄ ſic habet in loco iſto. In dieb⁹ illis ⁊ in illo tp̄e ſtatuā dauid meſſiā iuſtū. ſecūdo deſcribit q̄ꝫtum ad diuinitatē cuʒ ſubdit. Et hoc eſt qd̄ vocabūt eū dn̄s iuſtus noſter. et vbi trāſlatio nr̄a hʒ. Dn̄s in heb. habet. Nomē dn̄i tetragrammaton qd̄ d̄ ſolo deo vero dr̄. ſicut dictu fuit plenius ſupra xxiij. vbi ꝯſilis auc̄tas ponit. ꝓpter qd̄ de expoſitiōe h̄ trāſeo breuius q2 illud pōt recurri ꝓ reſiduo hui⁹ auc̄tis qd̄ nō eſt hic ad plenū expoſitū. Sciēdū tn̄ φ ſicut illā auc̄tē falſificauerūt iudei ne cogerent diuinitataʒ xp̄i cōfiteri ſic iſtā dicētes φ h̄ eſt lr̄a. k In dieb⁹ illis ⁊c̄. ⁊ in h̄ dicūt verū. ſʒ illud qd̄ ſequit falſificāt dicētes. Et iſte q̄ vocabit

f Quas ele. dn̄s. aliis. x. captiuitatis prius p reges aſſyriorū. g Abiecte ſunt. ſic loquebant chaldei poſtq̄ deſtruxerāt regnū duarū tribuū eſtimātes φ illud regnū nūq̄ꝫ deberet reſurgere. ⁊ ideo ſubdit. h Si pactū meū ⁊c̄ vt ſibi cōtinue ſuccedāt q̄ꝫdiu durabit generatio hominū. i Et leges celo ⁊c̄. dicūtur hic celi leges motus celi ⁊ influxus ſtellarū ⁊ leges terre ꝓductio terrenaſcentiū. k Equidē ⁊ ſemē iacob ⁊c̄. hoc eſt dictū φ ſicut iſte leges ſunt firme ⁊ ſtabiles ſic ſemen iacob ⁊ dauid erit ſemp coram me ſtabile. l Vt non aſſumā ⁊c̄. qd̄ potiſſime impletum eſt in xp̄o ⁊ apl'is ⁊ eorū ſucceſſorib⁹ pſ. xliiij. Cōſtitues eos principes ⁊c̄. In ca. xxxiij. vbi dr̄ in poſtil. Ecce ego obducā eis cicatricē. Additio. j.

v Ubi nos habemus cicatricē. In heb. hr̄ quedā dictō q̄ ſignat ſanitatē acquiſitā poſt longū tēpus qd̄ magis conſonat propoſito q̄ꝫ cicatrix. nam ſanitas da

ta p xp̃m reſpectu antiquoꝝ patrū data fuit poſt longū tẽpus. ſ3 reſpectu fideliū tpe xpi exiſtiū fuit data ſine magna mora tpis. ꝛ iõ ponunt hic due dictiões ſignificantes ſanitatẽ. quarū vna ſignat poſt longā infirmitatẽ alia nõ. Jtez vbi nos habemus. Et reuelabo eis deꝑcationẽ pacis ꝛ veritatis. Jn hebꝛe. hꝛ Abundantiā pacis ꝛ veritatis ꝛc.

gubꝛe. ſicut in ſepulturis ſolẽnib᷒. cetera patent vſq3 ibi. i Hec em̃ ſuperāt. ſ. nõdū capte. ſ. irl'm lachis et Azecha. alijs oĩbus iam captis a chaldeis. k Verbū. Hic p̃ñr hieremias arguit regem ꝛ populū de trāſgreſſione diuine legis ꝛ diuidit in duas ptes: quia p̃mo ponit tranſgreſſio ſecũdo trāſgreſſiõis punitio. ibi. Propterea.

A Jn eo. ca. vbi dr i poſtil. Secundo deſcribit ſtatu3 ad diuinitatẽ. Addi. ij. Supra in capi. xxxiij. hꝛ conſilis auctas ꝛ ibi eſt q̃dam additio ad cõfirmãdū expoſitionẽ poſtillatoꝛis ꝛ ꝯ falſificationẽ iudeoꝛum. vide ibi.

Capit. xxxiiij. a Verbum qõ factum eſt. Hic hieremias p̃dicit finẽ ſedechie: ꝛ diuiditur i duas: q2 p̃mo p̃dicit finez ſedechie regis. ſecũdo arguit ip̃m ꝛ ppl'in de tranſgreſſiõe diuine legis ibi: Verbu3 quod factum eſt. Circa p̃mū p̃mo ponit tp̃us cu3 dr. b Dñi nabu. rex babylonis ꝛc. et iſta obſidio incepit nono anno ſedechie ꝛ anno. xj. ei᷒ capta fuit ciuitas. vt hꝛ. i c xxxix. ꝛ de iſta captione ſubditur.

B c Ecce ego trada3 ꝛc. ꝛ ſubdit finis ſedechie et p̃ q̃ſtum ad malū pene cu3 dicit. d Et tu nõ effugies de manu eius ꝛc. q2 exercitus chaldeorū cõpꝛehendit ſedechiā fugientem ꝛ adduxit eū ad rege3 babylonis in reblata: vt hꝛ. i. xxxix. iõ ſubditur. e Et oculi tui ꝛc. ſicut dicit. i xxxix. q locutus eſt ad eū iudicia cum arguẽdo de infidelitate ꝛ piurio ꝓpter qõ fecit occidi filios ei᷒ corā eo ꝛ poſtea ip̃m exoculari et in babylonẽ duci. Secundo p̃dicit finis ſedechie q̃tū ad bonū. cū dr. f Nõ morieris in gladio. i. morte violẽta. g Sed in pace. i. naturali morte. ꝛ ſepelieris honoꝛifice. iõ ſubdit. h Et ſm cõbuſtiones patrū tuoꝝ ꝛc. in ſepulturis em̃ regū cõburebant aromatica nõ ſolū ꝯ cadaueris fetoꝛẽ. ſ3 etiam ad defuncti honoꝛem. h Et ve. domi. plangent te. cantãdo carmen lugubꝛe.

a Verbū qõ XXXIIII factū eſt ad hieremiā b a dño q̃n nabucho. rex babylonis ꝛ oĩs exercit᷒ ei᷒ vniuẽſaq3 regna tre q̃ erãt ſub ptãte man᷒ eius ꝛ oẽs ppl'i bellabãt ꝯ irl'm ꝛ ꝯtra oẽs vꝛbes ei᷒ dicẽs. Hec dicit dñs de᷒ iſrl'. Vade ꝛ loq̃re ad ſedechiā rege3 iuda: ꝛ dices ad eū. Hec di- c cit dñs. Ecce ego tradā ciuitatẽ hanc in man᷒ regis babylonis ꝛ ſuccendet ea3 d igni. Et tu nõ effugies de manu ei᷒. ſ3 cõp̃henſiõe capieris ꝛ i manu ei᷒ trade- e ris ꝛ oculi tui oculos regl' babylonis videbūt: et os ei᷒ cū oꝛe tuo loquet. ꝛ babylonẽ introibis. Attamẽ audi verbum dñi ſedechia rex iuda. Hec dic dñs ad f te. Nõ morieris in gladio g ſ3 i pace morieris. ꝛ ſm cõbuſtiões patrū tuoꝛū regū p̃oꝛꝫ qui fuerūt ante te ſic h cõburent te. ꝛ ve dñe plangẽt te q2 verbū hoc ego locutus ſum dicit dñs. Et locutus eſt hieremias ꝓpheta ad ſedechiā regem iuda vniuerſa verba hec in irl'm ꝛ exercit᷒ regis babylonis pugnabat ꝯtra irl'm ꝛ ꝯtra oẽs ciuitates iuda q̃ reliq̃ erãt ꝯ lachis ꝛ ꝯtra azecha i Hec em̃ ſuperãt de ciuitatibus iuda vꝛbes munite. k Verbū qõ factū eſt ad hieremiā a dño poſtq3 ꝑcuſſit rex ſedechias fedus cu3 oĩ l pplo in irl'm p̃dicãs vt dimitteret vnuſq̃ſq3 ſuū ſuū ꝛ vnuſq̃ſq3 ancillā ſuā: hebꝛeū ꝛ hebꝛeā liberos ꝛ nequaq3 dñarent eis. i. in iudeo ꝛ fratre ſuo. Audierūt g oẽs p̃ncipes ꝛ vniuerſus ppl's qui inierãt pactu3 vt dimitteret vnuſq̃ſq3 ſeruu3 ſuū ꝛ ancillā ſuā liberos ꝛ vltra nõ dñarent eis. Audierūt igit ꝛ dimiſerūt. Et cõuerſi ſunt deinceps ꝛ retraxerūt ſeruos ſuos et ancillas ſuas q̃s dimiſerūt liberos ꝛ ſubiugauerūt i famulos ꝛ famulas Et factū ẽ verbū ad hieremiā a domino dicẽs. Hec dicit dñs de᷒ iſrl'. Ego ꝑcuſſi fedus cū p̃rib᷒ vr̃is in die q̃ eduxi eos de tra egypti de domo ſuitut' dicẽs. Cū ꝯpleti fuerint ſeptẽ anni dimittat vnuſq̃ſq3 frẽm ſuum hebꝛeū q̃ vendit᷒ eſt ei ꝛ ſeruiet tibi ſex annis ꝛ dimittes eū a te liberū. Et nõ audierūt p̃res vr̃i me: nec inclinauerūt aurẽ ſuā. Et cõuerſi eſtis vos hodie ꝛ feciſtis qõ rectū eſt in oculis meis vt p̃dicaret' libertatẽ vnuſq̃ſq3 ad amicū ſuū ꝛ iniſtis pactū in ꝯſpectu meo i domo in q̃ inuocatū ẽ nomẽ meū ſuꝑ eā. Et reuerſi m eſtis ꝛ cõmaculaſtis nomẽ meū ꝛ reduxiſtis vnuſq̃ſq3 ſuū ſuū ꝛ vnuſq̃ſq3 ancillā ſuā q̃s dimiſeratis vt eẽnt liberi ꝛ ſue ptãtis: ꝛ ſubiugaſtis eos vt ſint vob ſui n ꝛ ancille. Propterea h̃ dicit dñs. Vos nõ audiſtis me vt p̃dicaretis libertatẽ vnuſq̃ſq3 fratri ſuo ꝛ vnu- o ſq̃ſq3 amico ſuo Ecce ego p̃- p dico libertate3 ait dñs ad gladium ꝛ peſtem ꝛ ad fa- q mem ꝛ dabo vos in cõmotionẽ cunctis regnis terre

Circa primū ſciẽdum q Exo. xxj. dr. ſi emeris ſeruum hebꝛeū. ſex annis ſeruiet tibi. in anno ſeptimo egredietur liber gratis. ita q non poterat vltra teneri. niſi vellet remanere. tẽpoꝛe vero ſedechie regis ꝛ ante tenuerāt ſeruos et ancillas diutius per auariciam ſuam ꝛ tamen admonitionẽ Hieremie et alioꝛum bonoꝛū rex

C ſedechias et ei᷒ ſubditi ſtatuerunt firmiter dimittere ſeruos ſuos hebꝛeos ꝛ ancillas ſm preceptu3 legis ꝛ vt hec ordinatio eſſet firma. ſciderunt vitulū in duas partes. et inter illas partes tranſierūt rex ꝛ principes ad deſignandum q ſic eſſet dignus occidi et diuidi infringens illa3 oꝛdinationẽ. et talis modus confirmandi aliquid tunc tẽpoꝛis erat potiſſimus. verūtamẽ iſti poſtq3 dimiſerant ſeruos ꝛ ancillas cupiditate ducti retraxerūt eos ad ſe redigendo eos in ſeruitutẽ ꝛ ſic non ſolum peccauerūt ꝯtra legem diuinā ſed etiam contra ſtatutū ꝓpꝛiū pena mortis firmatum vt dictu3 eſt ꝛ ſm hoc p3 lr̃a paucis exceptis.

Exo. 21. a. Deut. 15. c

l Predicãs. i. ſolẽniter denuncians. m Et cõmaculaſtis no. meu3. q2 illud pactū ad maioꝛe3 ſolennitatem ꝛ firmitate3 fuerat factū i domo dñi et in noĩe ipſius ꝛ ſic trãſgreſſio eius erat quodãmodo in iniuriam ꝛ irreuerentiam noĩs diuini. B

n Propterea. hic p̃ñr ponit trãſgreſſiõis punitio cū dr. o Ecce ego p̃di. liber. ita q nõ ſitis ſui mei nec ego dñs veſter ad defendẽdū. iõ ſubdit. p Ad gla. ꝛ pe. ꝛ ad fa. a quibus vos nõ protegā. q Et da. vos in cõ. cū re. terre. eijciẽdo vos ibi in captiuitatẽ: ꝛ eſt hyꝑbole ad denotā

dum magnā diſpſionē iudeoꝝ: qꝛ tūc nō fuerūt diſperſi ꝑ totū orbem ſed poſtea ꝑ romanos. r Et da. vi. q̄ ꝑuar. fe. ꝯcēſſi. i. legē in Exo. ꝑdictā. s Et nō obſ. ver. federis .i. ſtatuī ſui ꝑdicti. qḋ exponēdo ſubdit. t Vitulū quē ꝯciderūt ⁊c̄. i. pactū ſectiōe vituli confirmatū mō ꝑdicto. Cetera patēt vſqꝫ ibi
v Et in manꝰ exercituū ⁊c̄. Cū em̄ exercitus iſti obſediſſent irl'm nono āno ſedechie ipſe ⁊ ſubditi ſui fecerūt pactum predictum de dimiſſiōe ſeruorū ad impetrādum dei auxilium. ⁊ poſtea exercitꝰ egyptij exijt ad leuandū obſidionē chaldeoꝝ de irl'm: qḋ audiētes chaldei dimiſerūt obſidionem vt occurrerent egyptijs ⁊ tunc iudei credētes ſe eſſe liberatos a chaldeis retraxerunt ad ſe ſeruos ſuos quos dimiſerūt liberos ſic multi in periculo poſi. i faciūt deo promiſſiones ⁊ vota ſed trāſeunte ꝑiculo nihil faciunt ꝓpter qḋ ex diuino iudicio egyptij territi redierūt i egyptum et ſilr̄ chaldei ad obſidionem irl'm quā dimiſerāt: ideo ſubditur. x Ecce ego ꝑcipi. ſ. reuerſionem egyptiorum.
y Et reducā eos. ſ.
A chaldeos. z In ciui. hanc. ſ. irl'm ad deſtruendū ipſam.

Capitulū. xxxv.

a Verbū. Superiꝰ hieremias paſſus eſt iniuriam a ſedechia rege hic patit iniuriam a ioachim eius fratre iſta tn̄ iniuria fuit ꝑor ꝑcedēti ꝗtum ad tempꝰ vt dictum eſt ſ. xxxij. Et diuidit i duas ꝑtes qꝛ ꝑ̄ hieremias arguit regis ⁊ ppl'i inobedientiā ſcḋo ex hoc patit iniuriā cap. ſe. Primū declarat exemplo rechabitaꝝ iō ꝑ̄ ponit exēplum. ſcḋo applicat ad ꝓpoſitum. ibi Et factū eſt. Circa ꝑmū ponit tp̄s cū dr̄.
b In diebus ioachim filie ioſie. q̄ regnauit ante ſedechiā vt dictū ē. ſ. xxij.
c Vade ad domū rechabitarū. i. ad domū in qua ſunt hoſpitati vt videbit infra. d Et introduces eos in domū domini. ꝑ hoc nō intelligit templū ſed edificia ad eū pertinentia: ideo ſubdit. e In vnam exedrā. i. cameram.
f Theſauroꝝ. erāt em̄ plures theſaurarij templi. qꝛ alij cuſtodiebāt vaſa aurea. alij argentea. alij veſtes ſacerdotales ⁊ cōſimilia ⁊ ꝓpe templū habebant edificia ꝓ repoſitione taliū ⁊ ꝓ ſua habitatione. g Et dabis eis bibere vinū. id ē offeres. qꝛ ipſi non biberunt vt infra habet nec iſtud ꝑceptū dn̄i ⁊ executio eiꝰ per hieremiā fiebat ad hoc ꝙ ipſi biberent: ſed vt ꝓbaret eorū obedientia ad ionadab patrem ſuum qui ꝓhibuerat eis vini potum. B
h Et aſſumpſit iezoniā ⁊c̄. iſti omnes erant de rechabitis:
i Filij iezedelie hominis dei. iſte fuit ꝓpheta ſm̄ ꝙ dicit ra. ſa. ꝓpter quod hieremias cōfidētius iuit ad locū illum cum rechabitis. k Qḋ erat iuxta gazophilatiū ꝑncipū. ſic nominatum eo ꝙ oblationes principū ibi ſeruabant.
l Super theſaurū .i. prope locū theſauri. m Maaſie fi. ſel. q̄ erat cu. veſtibuli. i. loci vbi reponebant veſtes ſacerdotum. Cetera patent vſqꝫ ibi. n Obediuimus ꝗ ionadab. vnde ab iſto incepit modus viuendi religioſus: ꝑ talem enim modū viuēdi oſtēdebant ſe eſſe tm̄ ꝑegrinos in ꝑn̄ti vita ⁊ tēdere ad vitā manētē ⁊ dicūt doctores hebrei ⁊ latini ꝙ iſti deſcenderūt de iethro ſocero moyſi. C
o Cū aūt aſcēdiſſet nabucħ. rex babylonis ad terrā noſtram ⁊c̄. hoc dixerunt ad ſuam excuſationē de hoc ꝙ ꝓtūc manebant infra domū in irl'm: vt dicit in ꝑn. huiꝰ ca. q. d. nos fecimus hoc neceſſitate cōpulſi q̄ non habet legē. p Et factū eſt. hic applicat ad ꝓpoſitū qꝛ rechabite firmit obedierāt homini ⁊ rex ioachim cum ppl'o ſuo nolebāt obedire deo oīm patri ⁊ creatori ex quo concludit ꝙ merito erāt arguendi ⁊ puniendi: ⁊ patet lr̄a paucis exceptis. q Ego aūt lo. ſum ad vos. ꝑ ꝓphetas meos. r De ma. con. ⁊ lo. i. ſollicite ⁊ diligenter.

r Et dabo viros q̄ ꝑuaricāt
s fedus meū. ⁊ nō obſuauerūt verba federis q̄bꝰ aſſen
t ſi ſunt in ꝯſpectu meo vitulū quē ꝯciderūt in duas ꝑtes ⁊ trāſierūt int diuiſiones eiꝰ ꝑncipes iuda ⁊ principes irl'm eunuchi ⁊ ſacerdotes ⁊ oīs ppl's terre qui trāſierūt inter diuiſiōes vituli et dabo eos in manus inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ in manꝰ q̄rentiū aiā eoꝝ: ⁊ erit morticinū eoꝝ in eſcā volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. Et ſedechiā regē iuda ⁊ principes eiꝰ dabo in manus inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ in manꝰ q̄
v rentiū aīas eoꝝ. ⁊ in manꝰ exercituū regis babylonis
x q̄ receſſerūt a vobis. Ecce
y ego ꝑcipio dicit dn̄s ⁊ re
z ducā eos in ciuitatē hanc ⁊ ꝑliabunt aduerſum eam ⁊ capient eam ⁊ incendent igni. Et ciuitates iuda dabo in ſolitudinē eo ꝙ non ſit habitator. XXXV

a Verbū qḋ factū eſt ad hieremiā a dn̄o i diebꝰ ioachim filij ioſie
c regl' iuda dicēs. Vade ad domū rechabitaꝝ et loq̄re
d eis. ⁊ introduces eos i do
e f mū dn̄i in vnā exedrā the
g ſauroꝝ ⁊ dabis eis bibere
h vinū ⁊ aſſumpſi iezoniā filiū hieremie filij abſame et frēs eiꝰ ⁊ omēs filios eius ⁊ vniuerſam domū rechabitarū et introduxi eos in domum dn̄i ad gazophila
i tiū filioꝝ anā filij iezedelie
k hois dei qḋ erat iuxta ga
l zophilatiū principū ſuper
m theſauꝝ maaſie filij ſellū q̄ erat cuſtos veſtibuli Et poſui corā filijs domꝰ rechabitaꝝ cyphos plenos vino ⁊ calices ⁊ dixi ad eos Bibite vinum. Qui rn̄derunt Nō bibemꝰ vinū: qꝛ ionadab filiꝰ rechab pr̄ nr̄ ꝑcepit nobis dicēs. Nō bibetis vinū vos ⁊ filij vr̄i vſqꝫ i ſempitnū ⁊ domū nō edificabit ⁊ ſemētē nō ſeretis ⁊ vineas nō plātabit nec hēbitis ſꝫ i tabernacul' habitabitis cūctis diebꝰ vr̄is: vt viuatis diebꝰ mltis ſuꝑ faciē tre in q̄ vos ꝑegrina
n mini. Obediuimus ꝗ voci ionadab filij rechab patris nr̄i in oībꝰ q̄ ꝑcepit nob ita vt nō biberemꝰ vinū cūct' diebꝰ nr̄is nos ⁊ mulieres nr̄e filij ⁊ filie nr̄e: ⁊ nō edificaremꝰ domos ad habitādū: ⁊ vineā ⁊ agꝝ ⁊ ſemētē nō habuimꝰ ſꝫ hitauimꝰ i tabernaculis ⁊ obediētes fuimꝰ iuxta oīa q̄ ꝑcepit no
o bis ionadab pr̄ nr̄. Cū aūt aſcendiſſet nabuchodonoſor rex babylonis ad terrā nr̄am. diximꝰ. Venite ⁊ ingrediamur irl'm a facie exercitꝰ chaldeoꝝ ⁊ a facie exercitꝰ ſyrie ⁊ māſimꝰ i irl'm
p ⁊ factū eſt v̄bū dn̄i ad hieremiā dicēs. Hec dic dn̄s exercituū deꝰ iſrl'. Vade ⁊ dic viris iuda ⁊ hitatoribꝰ irl'm. Nūq̄d nō recipietis diſciplinā vt obediatis verbis meis dic dn̄s. Preualuerūt ſmones ionadab filij rechab q̄s ꝑcepit filijs ſuis vt nō biberēt vinū: et nō biberūt vſqꝫ ad diē hāc quia obedierūt ꝑcepto pa
q tris ſui. Ego autē locutus
r ſum ad vos de mane cōſurgēs ⁊ loquēs: ⁊ ñ obediſt' mihi. Miſiqꝫ ad vos oēs

F.M.b.et 35.b.

a Vocaui illos. ꝑ ꝓphetarũ verba ⁊ attrahendo eos ꝑ bñficia ⁊ deterrendo ꝑ flagella t Et non rñderũt mihi ỽba ꝓphetarũ reuerenter audiendo. ⁊ de bñficijs meis regratian-
B do ⁊ timore flagellorũ de malis ſe retrahendo Cetera patēt in littera.

Capl'm. xxxvj.

a Et factuz eſt
b Hic ꝯñr iſeritur hieremie hiſtoria. ſcʒ o ab eo reſumitur ꝓphetia ibi Et factũ eſt. Prima in tres. qꝛ pͥmo hieremias recludit. ſecundo liber ei⁹ cõburit ibi. Miſit itaqꝫ. tercio ad mortē querit ibi. Et pcepit. prima in duas. qꝛ pͥmo ponit iniurie occaſio. ſcdo hieremie reclusio. ſcda ibi. Et pcepit. Occaſio autē recluſiõis fuit. qꝛ arguebat vicia regis ⁊ ppl'i denūcians ſup eos ventura flagella dei. niſi a pctis reſilirent. Circa primuz ponit temp⁹ cum dicit. In anno quarto ioachim ⁊c. ⁊ ſequit
B b Ex dieb⁹ ioſie tēpore eſt Joſie cepit ꝓphetare vt dictum eſt. ſ. in princi. libri.
c Si forte audiente domo iuda ⁊c. per hoc nõ intelligit in deo aliqua ignorantia reſpectu futuri. ſʒ ꝑ hoc deſignat libertas arbitrij ꝑ quam rex et populus poterãt a mal' ſuis reuerti. cetera patent.
d Et pcepit. hic cõſequēter oſtenditur hieremie reclusio. ioachim enim recluſit eum ne ꝓphetiam ſuam publicaret in populo ſʒ qđ non potuit exequi ꝑ ſeipſum: executus eſt per baruch amicum ſuũ. qꝛ qđ per amicos facimus quodãmodo ꝑ noſipſos facimus vt dicit pħus. viij. ethy cor. Et patʒ lr̃a vſqꝫ ibi.
e In die ieiunij. dicunt aliqui ꝙ

ſeruos meos ꝓphas ꝯſurgēs diluculo mittēſqꝫ ⁊ dicēs. Cõuertimi vnuſqſqꝫ a via ſua peſſima: ⁊ bona facite ſtudia vr̃a: ⁊ nolite ſeq̃ deos alienos neqꝫ colatis eos ⁊ hitabitis ĩ tra quam dedi vob̃ ⁊ pr̃ib⁹ vr̃is. Et nõ inclinaſtis aurē vr̃am: neqꝫ audiſtis me Firmauerũt igr̃ filij ionadab filij rechab pceptũ pr̃is ſui qđ pcepat eis: ppl's aũt iſte non obediuit mihi Jccirco hec dic dñs exercituuʒ ds iſrl'. Ecce ego adducã ſup iudã ⁊ ſup oēs hitatores hir'lm vniuerſã afflictionē quã locut⁹ ſũ aduerſũ illos: eo ꝙ
g locut⁹ ſũ ad illos ⁊ nõ audierũt: vocaui illos ⁊ nõ rñderũt mihi. Domui aũt rechabitarũ dixit hieremias Hec dicit dñs exercituuʒ de⁹ iſrl'. Pro eo ꝙ obediſtis pcepto ionadab pr̃is vr̃i: ⁊ cuſtodiſtis oĩa ei⁹ mãdata ⁊ feciſtis vniuerſa q̃ pcepit vob̃. ꝓpterea hec dicit dñs exercituũ deus iſrael. Nõ deficiet vir ď ſtirpe ionadab filij rechab ſtans in ꝯſpectu meo cũctis dieb⁹

a Et factũ XXXVI eſt in anno qr̃to Joachim filij ioſie reg' iuda factũ ē ỽbũ hoc ad hieremiã a dño dicēs. Tolle volumē libri ⁊ ſcribes ĩ eo oĩa ỽba que locut⁹ ſum tibi aduerſum iſrl' ⁊ iudaʒ et aduerſum oēs gētes a die
b qua locutus ſuʒ ad te ex diebus ioſie vſqꝫ ad diē hãc:
c ſi forte audiente domo iuda vniuerſa mala que ego cogito facere eis: reuertat vnuſqſqꝫ a via ſua peſſima ⁊ ꝓpici⁹ ero iniq̃tati ⁊ peccato eoꝝ. Vocauit ergo hieremias baruch filium nerie ⁊ ſcripſit baruch ex ore hieremie omnes ſermones domini quos locut⁹ eſt ad eũ
d in volumine libri. Et precepit hieremias baruch dicens. Ego clauſus ſuʒ nec

valeo ingredi domuʒ dñi. Jngredere ergo tu et lege de volumine in q̃ ſcripſiſti ex ore meo ỽba dñi audiē-
e te pplo in domo dñi in die ieiunij inſuper et audiente vniũſo iuda q̃ veniũt de ciuitatib⁹ ſuis Leges eis: ſi forte cadat oĩo eoꝝ ĩ ꝯſpectu dñi ⁊ reuertat vnuſqſqꝫ a via ſua peſſima qm̃ magn⁹ furor et indignatio eſt quã locut⁹ ē dñs aduerſus pplm hũc. Et fec̃ baruch fili⁹ nerie iuxta oĩa q̃ pcepat ei hieremias ꝓpha: legens ex volumie ſmones domi in domo dñi. Factũ ē aũt ĩ anno q̃nto ioachi filij ioſie regis iuda: in menſe nono pdicauerũt ieiuniũ ĩ ꝯſpcũ dñi oĩ pplo in ierl'm ⁊ vniuerſe multitudini q̃ ꝯfluxerat ď ciuitatib⁹ iuda ĩ irl'm Legitqꝫ baruch ex volũie ſmones hieremie in domo dñi ĩ gazophilatio gama-
f rie filij ſaphã ſcribe ĩ veſti-
g bulo ſupiori ĩ introitu porte noue dom⁹ dñi audiēte omĩ pplo. Cũqꝫ audiſſʒ micheas fili⁹ gamarie filij ſaphã oēs ſmões dñi ex libro deſcēdit ĩ domũ regis ad gazophilaciũ ſcribe Et ecce ibi oēs pricipes ſedebãt. eliſama ſcriba ⁊ dalaias fili⁹ ſemeie et helnathã filius achobor ⁊ gamarias filius ſaphan et ſedechias fili⁹ ananie ⁊ vniuerſe pricipes. Et nũciauit micheas omnia ỽba q̃ audiuit legentem baruch ex volumine in aurib⁹ ppli. Miſerũt itaqꝫ oēs principes ad baruch iudi filium nathanie filij ſelemie filij chuſi dicētes. Volumen ex quo legiſti audiēte pplo ſume ĩ manu tua: et veni. Tulit ergo baruch fili⁹ nerie volumen in manu ſua ⁊ venit ad eoſ Et dixerũt ad eum. Sede ⁊ lege hec in auribus nr̃is Et legit baruch in auribuſ eoꝝ. Jgitur cum audiſſent

B fuit in feſto expiationis in quo tenebant iudei affligere aĩas ſuas Leuitici. xxiij. ſed text⁹ videt contradicere. qꝛ infra dicitur ꝙ iſtud ieiunium de quo eſt hic ſermo fuit menſe nono feſtũ ỽo expiatiõis fiebat decima die ſeptimi menſis. ⁊ ideo alij dicũt ꝙ iſtud ieiuniũ fuit tũc publice pplo impoſitum. qꝛ auditum fuerat in ierl'm ꝙ rex babylonis ſe diſpõebat ad veniendum cõtra iudeam ⁊ ierl'm. ſicut niniuite pdicauerunt ieiuniũ audito verbo Jone ꝓphete de futura ſubuerſiõe niniue. ſed qꝛ talis afflictio corporis non valet coram deo: niſi homines reſiliant a peccatis. ideo hieremi. miſit baruch
C da legendũ ꝓphiaʒ ſuam in pſentia omnium. Cetera patet vſqꝫ ibi.

f In veſtibulo ſuperiori vt de loco alto baruch audiretur a populo exiſtente ĩ atrio ad quod cõueniebat populus ad orandum ⁊ verbum dei audiendum.

D

g In introitu noue porte. Jſta erat porta quaʒ ioathan edificauerat vt dcm̃ eſt ſupra. xxvj. Cetera patent in littera.

b Miſit itaq. Hic ɔñr liber hieremie cōburit cū d̄r Mi
ſit itaq rex iudi. in heb. hr̄. Iehudi ⁊ i latino ſignat iudeū
q: lȝ iude⁹ ſit nomē appellatiuū. iſti tn̄ erat appropriatū
ſicut apud nos aliq̄s ꝓprio noie vocat xp̄ian⁹ cū ſit no
men cōmune alijs. cetera patēt vſq ibi. i Et po. erat aru
la. eſt aūt arula in
ſtrumentū ferreū in
q̄ ponunt carbones
ardentes ꝓ calefa-
ctione magnorum.
k Cūq elegiſſȝ iu
di tres pagellas vel
q̄tuor Ra. ſal. dicit
tres v̄ſus vel q̄tuor
di. q legebat lamen
tatiōes hieremie. et
legerat q̄tuor v̄ſus
ɔplete. ſ. Quō ſedet
⁊c̄. Plorans plora-
uit ⁊c̄. Migrās mi-
grauit iudas ⁊c̄. Uie
ſyon lugēt ⁊c̄. ⁊ cū i-
cepit q̄rtū. ſ. Facti
ſunt hoſtes ei⁹ i ca-
pite. tūc rex impati-
E ens noluit plus au-
dire ſ; fecit librū in-
cidi ⁊ cōburi. iō cuȝ
d̄r. a Scidit illō
ſcalpello ſcribe. i. p̄-
uo cultello ſcptoris
intelligēdū q h̄ fecit
de p̄cepto regis. vn̄
poſtea ſubditur.
b Uerūtn̄ helna-
thā ⁊ dalaias ⁊ ga-
marias ɔdixerūt regi
nō cōtētioſe ſ; v̄bis
dep̄catorijs. vn̄ i he
breo hr̄. Dep̄cati ſt
regē. c Et p̄ce. h̄
ɔñter hieremias ad
mortē q̄rit cū d̄r. Et
p̄cepit rex ⁊c̄. vt cō-
p̄henderent baruch
ſcribā ⁊ hieremiā ꝓ
phetā. hieremias aūt
tn̄ erat recluſus i car
cere vt dictū ē. ſ. et
iō nō q̄rebat ad icar
cerādū ſ; ad occidē-
dū. d Abſcō aūt
eos dn̄s q: vbi defe
cit remediū hūanuȝ
affuit diuinū ⁊ pȝ in
F hoc magna obſtina-
tio ioachim regis in
malo q̄ n̄ ſolū ꝓphe-
tā dn̄i ꝓpt̄ v̄itatē in
carcere recluſit: ſed
etiā eū interficē q̄ſi-
uit. e Et factū ē.

oīa v̄ba obſtupuerūt vnus
quiſq ad ꝓximū ſuū: ⁊ di-
xerūt ad baruch. Nūciare
debemus regi oēs ſermo-
nes iſtos. Et interrogaue-
rūt eū dicētes Indica nob
quō ſcripſiſti oīs ſmōes
iſtos ex ore ei⁹? Dixit aūt
eis baruch. Ex ore ſuo loq
bat q̄ſi legēs ad me omēs
ſermones iſtos ⁊ ego ſcri-
bebā in volumine attramē
to. Et dixerūt pricipes ad
baruch. Uade ⁊ abſcondē
tu ⁊ hieremias: ⁊ nemo ſci
at vbi ſitis. Et ingreſſi ſūt
ad regē i atriū. Porro vo-
lumen cōmendauerūt in ga
zophilatio eliſame ſcribe ⁊
nūciauerūt audiente rege:
b oēs ſermones Miſit itaq
rex iudi vt ſumeret volum
qui tollens illud de gazo-
philatio eliſame ſcribe le-
git audiente rege: ⁊ vniuer
ſis principib⁹ q̄ ſtabāt cir
ca regem Rex aūt ſedebat
in domo hiemali in menſe
i ix. ⁊ poſita erat arula coraȝ
k eo plena prunis. Cūq le-
giſſet iudi tres pagellas vl
a q̄tuor. ſcidit illud ſcalpello
ſcribe ⁊ ꝓiecit in ignem: q̄
erat ſup arulam donec con
ſumeretur omne volumen
igni qui erat in arula. Et n̄
timuerūt neq ſciderūt ve-
ſtimēta ſua rex ⁊ omēs ſer-
ui eius q̄ audierūt vniuer-
b ſos ſermones iſtos. Uerū
tn̄ helnathā ⁊ dalaias ⁊ ga
marias ɔtradixerūt regi ne
ɔbureret lib͛ ⁊ nō audiuit
c eos. Et p̄cepit rex hieremi

el filio amalech: et ſaraie fi
lio ezrihel ⁊ ſelemie filio ab
dehel vt cōp̄henderet ba-
ruch ſcribā ⁊ hieremiā ꝓ-
d phetā. Abſcondit aūt eos
e dn̄s. Et factū eſt v̄bū dn̄i
ad hieremiā ꝓphaȝ: poſtq̄
cōbuſſerat rex volumen et
ſermones q̄s ſcripſerat ba
ruch ex ore hieremie dicēs
Ruſum tolle volumē ali-
ud ⁊ ſcribe i eo oēs ſmōes
p̄ores q̄ erāt i p̄mo volumi
ne q̄ cōbuſſit ioachim rex
iuda: et ad ioachim regē iu
da dices Hec dic dn̄s. Tu
cōbuſſiſti volumen iſtō di
cēs. Quare ſcp̄ſiſti i eo an
nunciās: feſtin⁹ veniet rex
babylonis: ⁊ vaſtabit terraȝ
hanc ⁊ ceſſare faciet ex illa
hoiem ⁊ iumentū. Propte
rea h̄ dic dn̄s d̄s ɔ̄ ioachi
f regē iuda. nō erit ex eo q̄ ſe
g deat ſup ſoliū dd̄ ⁊ cada-
h uer ei⁹ ꝓijciet ad eſtū p̄ di-
em ⁊ ad gelu p̄ noctē ⁊ viſi
tabo ɔtra eū ⁊ ɔtra ſemen
ei⁹ ⁊ ɔtra ſeruos ei⁹ iniq̄-
tates ſuas: ⁊ adducam ſup
eos ⁊ ſup hitatores ir͞lm ⁊
ſup viros iuda oē malū q̄
locut⁹ ſum ad eos: ⁊ nō au
i dierūt. Hieremias aūt tu-
lit volumen aliud ⁊ dedit il
lud baruch filio nerie ſcri-
be: q̄ ſcripſit i eo ex ore hie
remie oēs ſmōes libri quē
cōbuſſerat ioachim rex iu-
k da igni: ⁊ inſup additi ſunt
ſmōes multo plures q̄ an
tea fuerāt. XXXVII

a T Regnauit rex ſedechi-
as fili⁹ ioſie ꝓ iecōia

b Et cadauer ei⁹. ſ. ioachim filij ioſie. h Proijcietur
⁊c̄. rex em̄ babylonis veniēs ɔ̄iſtū ioachi cepit eū. ⁊ cū ei
reddidiſſet tributū trib⁹ annis audiens q rebellare vole-
bat ⁊ regi egypti adherē. miſſis exercitib⁹ iterū cepit eū ⁊
interfectū ꝓiecerūt ex̄ ir͞lm vt dictū ē. ſ. xxij. cetera patēt vſ
q ibi. i Hieremi
as aūt. vbi ponit re
patio libri cōbuſti ⁊
cū h̄ ſupadditio: ſic
d̄r in fine. k Et in
ſup additi ſt ſmōes
⁊c̄. dicit aūt h̄ ra. ſa.
q in libro p̄ quē cō-
buſſit ioachim erāt
ſcripta tm̄ tria capi-
tula lamētationū. ſ.
p̄mū ſcōm ⁊ q̄rtū. i
q̄b⁹ ē alphabetū he-
braicum ſimplex. q:
ſinguli v̄ſus a ſingu
lis lr̄is incipiūt ſ; in
iſto ſcōo fuit additū
iij. ca. ſ. Ego vir vi-
dens ⁊c̄. in q̄ alpha-
betū ē triplicatū. q: G
ſub q̄libet lr̄a ſt tres
v̄ſiculi. ſ; ɔ̄iſtō dc̄m
vr̄. q: i lamētatiōib⁹
hieremias deplorat
deſtructōȝ ciuitat̄ fa-
ctā: q̄ deſtructō fuit
p⁹ tp̄s ioachi de li-
bro vō p̄ hieremie
d̄r in p̄n. h⁹ ca. Tol-
le volumē libri ⁊ ſcri
bes i eo oīa v̄ba q̄ lo
cut⁹ ſū tibi ⁊c̄. ⁊ ſb̄di
tur. a die q̄ locut⁹ ad
te ex dieb⁹ ioſie vſq
ad hāc diē q̄ erat in
q̄rto anno regni ioa
chim. vt ibidē p̄mit
tit. ad q̄ pōt dici q
nō ſolū tp̄e ioachim
ſ; etiaȝ ex principio
q̄ iam hieremias ce-
pit ꝓphare de deſtru
ctiōe ciuitatis ꝓphe
tauit ⁊ i ml̄tis locis
eā denūciauit p̄ mo-
dū p̄teriti tanq fa-
ctā: lȝ eēt ventura vt
patuit in p̄cedētib⁹
⁊ h̄ ꝓpt certitudinē
ꝓphie. q: in ꝓphetia
hieremie ordo tp̄is
nō ſeruat. xxxvij.
T Regnauit.
Supi⁹ ſcriptū A
eſt q hiere-
mias paſſus ſit a re
gib⁹ h̄ ɔñr ponit q̄d

Hic ɔñr hieremias reſumit ſuā ꝓphiam nō ſolū loq̄ndo ſ;
etiā ſcribēdo. ⁊ h̄ de dn̄i mandato ad ɔfirmatōēȝ v̄itat̄ li.
cōbuſti. ⁊ p̄ ponit hoc mandatū ⁊ pȝ. ſcōo ſubdit ip̄i⁹ ioa
chim punitio de libri cōbuſtiōe cū d̄r. h̄ dicit dn̄s ⁊c̄. ⁊ pȝ
lr̄a vſq ibi f Non erit ex eo q̄ ſedeat ſup ſoliū dauid. ſ.
ſtabiliter. lȝ em̄ ioachim fili⁹ ei⁹ ꝓ eo fuerit rex ſubſtitut⁹.
tn̄ regnauit tm̄ tribus menſib⁹. vt dictū eſt. ſ. xxij. vt habe
tur. iiij. xxiiij. ⁊ ideo regnū ei⁹ ꝓ nihilo cōputat ſm q dic
ph̄s. ii. phiſic. q illud q̄ modicū eſt quaſi ꝓ nihilo habet

paſſus ſit a p̄ncipib⁹. ⁊ diuidit in duas. q: p̄ ab eis incar-
cerat. ſcōo mors ei⁹ ꝓcurat ca. ſe. p̄ma in duas. q: p̄ ponit
ſedechie poſtulatio. ſcōo hieremie incarceratio ibi. Ergo.
Circa p̄mū p̄ ponit cōditio poſtulantis cum dicit. a Et
regnauit rex ſedechias. iſte vocat ſellum ſupra. xxij. ⁊ ma-
thatias. iiij. Reg. xxiiij. ſ; rex babylonis eum regem cōſti-
ita ꝙ ꝓductio arboris eſſet ſupnaturalis tamen fructifica
tio ſequēs naturalis eēt.⁊ ſi hoc ab aliq̄ negetur. nō tñ ne
gari poteſt qn deus poſſet etiā de q̄libet arbore fructū ꝓ-
ducere quodlibet mēſe miraculoſe. ⁊ ideo ſi ꝑdicte vie non
ſufficiūt poteſt dici ꝙ h̄ bñficiū diuinū fuiſſet iudeis cōti-
nuatū ſi erga deū debitū ſuū feciſſent ſicut ꝑ.xl.ānos pa-
uit eos māna in deſerto. ⁊ xp̄ianis ꝑ orbē qualibet die dat̄
corpus ſuū ⁊ ſuū ſanguinē in ſacramēto eucharíſtie.

Poſt capitulū vltimū in myſticatiōe vbi dicit̄ in poſtil
la. Propter quod Ezechiel in fine viſionis dicte.

Additio.

In hebreo neq̄ in trāſlatiōe chaldaica.nō habet̄ in hoc
loco Amē.vñ nō debet ex hoc ſumi aliquod argumentum.

Alia expoſitio poſtillatoris.

Alia vō expoſitio pōt accipi vt ꝑ viſionē ymagina
riā ſupradictā nō itelligat̄ aliq̄ edificatio materiat̄
ſ; ſolū edificatio ſpūalis eccleſie in moribus fide ⁊
ſacramētis. In eccleſia vō q̄ ē ꝯgregatio fideliū duplex eſt
regnū:Unū q̄tū ad ſpūalia. ⁊ h̄ deſignat̄ ꝑ edificiū tēpli.
aliud aūt q̄tū ad tpalia. ⁊ hoc deſignat̄ ꝑ diuiſionē terre ⁊
edificiū ciuitatis circa finē libri. vtrūq̄ tñ regnū eſt a deo.
Igit̄ dico cū.b. Greg. q̄tū ad hoc ꝙ ꝑ montē in q̄ ꝓpheta
dr̄ dimiſſus vel poſitus:ſ.xl.ca.itelligitur xp̄s de q̄ ſcribit̄
Dan.ij. Lapis q̄ ꝑcuſſerit ſtatuam factus eſt mons magn⁹
⁊ impleuit vniuerſam terrā.qd exponit̄ de xp̄o a doctori-
bus hebraicis ⁊ latinis. Sup iſtū autē montē fundatur ec-
cleſia ſicut ipſe dicit Math.xvj. Sup hanc petrā edifica-
bo eccleſiā meā.i.ſup me. ⁊ hoc q̄tum ad duplex regimē ec
cleſie ꝑdictum. Et ſicut patet ex ꝑcedentibus primo agen
dum eſt de edificio in ſpūalibus.quia a primo deſcribit̄ i ꝑ
cedētibus ipſum templum. circa cuius edificium deſcribit̄
triplex murus.ſ.exterior medius. ⁊ interior. Per exteriorē
vō q̄ circūdat omnia edificia intelligitur ꝓtectio ſeu cuſto
dia diuina oīa complectens. de q̄ muro dr̄ Eſa.xxvj. Urbs
fortitudinis noſtre ſyon. ſaluator ponetur in ea murus ⁊c̄.
per murū vō mediū intelligit̄ cuſtodia ſeu ꝓtectio angeli
ca.que includitur ſub diuina. vñ dr̄ pſal.cxxiiij. Mōtes in
circuitu eius.i.angeli.vt dicit glo. Aug⁹ q̄ ſunt in circuitu
eccleſie ꝑ modū muri ꝑ murū autē interiorē q̄ eſt minoris
ambitus intelligitur ꝓtectio ſeu cuſtodia humana per ꝑla
tos eccleſie ⁊ eoꝝ miniſtros: que minoris efficacie ē q̄ an
gelica. De hoc aūt muro ꝯtra malos prelatos dicitur Eze
chielis.xiij. Nō oppoſuiſtis vos murū ꝓ domo dñi. intra
muros iſtos eſt ingreſſus ex tribus ꝑtibus ꝑ q̄s intelligū
tur tres partes terre habitabiles.ſ.aſia: aphrica et europa
ex quibus ingreſſi ſunt eccleſiā multi ꝑ ſuſceptionē fidei ⁊
ſacramentorū. ⁊ ingrediūtur de preſenti. ⁊ egredientur de
futuro. De iſtis vero tribus terre partibus dicitur Hiere-
mie.xxvij. Terra terra terra:audi ſermonem domini. de q̄-
bus tribus terre partibus plures audierūt ſermonē apo-
ſtolorum aliorumq̄ xp̄i diſcipulorum cum effectu creden
di. Ex qualibet autem parte triū partiū dictarū ſunt tres
porte in tribus muris ex oppoſito ſe reſpicientes. ꝑ quas
ſignantur tres gradus vel ſtatus venientiū ad fidem.ſ. in-
cipientium.qui deſignātur per portam exteriorē: ſiue pri-
mā ꝓficientiū.qui ſignificātur per mediam vel ſecundam
Perfectorum .qui deſignantur per terciam vel interiorē.
De portis iſtis dicit̄ pſal.lxxxvj. Diligit dominus portas
ſyon ſuper omnia tabernacula iacob. Per tabernacula ia
cob intelligitur ſtatus vel gradus fidelium tempore legis
moſaice. Per portas ſyon ſtatus vel gradus fidelium tpe
legis euāgelice q̄ dicitur lex amoris.lex autē vet⁹ lex timo
ris. propter quod porte ſyon bene dicuntur predilecte. In
portis autem exterioribus nō ſunt edificia magna. ſ; quē
dam domuncule ſuper eas edificate. vt ſupra dictum ē.per
quod deſignatur ꝙ ſtatus incipientium eſt adhuc notabili
ter imperfectus. In portis autem medijs et interioribus
ſunt edificia pulcra ad deſignandum ꝙ proficientes ⁊ per
fecti habent maiorem perfectionem.perfecti iam actu.ꝓ-
ficientes in potentia actui ꝓpinqua.ad quod deſignandū
ad portas medias eſt aſcenſus per ſeptē gradus tm̄. ad in-
teriores vō ſeu tercias eſt aſcenſus per octo gradus. Ha-
autem quelibet ſex portarum veſtibulum:porticum: duas
frontes ⁊ ſex thalamos. Per veſtibulum precedens porti
cum:intelligitur gracia preueniens. de qua dicitur Pſal.
lviij. Miſericordia eius preueniet me. Miſericordia nāq̄
dei ⁊ eius gratia ſunt idem. per porticum vero gratia ſubſe
quens de qua dicit̄ pſal.xxij. Miſericordia eius ſubſeque
tur me. vel aliter poteſt dici ꝙ per veſtibulum et porticum
deſignatur voluntas bona. et operatio ſancta. de quib⁹ di-
cit Auguſtinus ſuper Iohannem. Precedet velle ſequere
tur perficere. Per duas frontes que ſunt ad decorem ⁊ for
titudinem portarum. propter quod facte ſunt ad modū du
arum turrellarum. ex vtraq̄ parte cuiuſlibet porte deſigna
tur patientia in aduerſis. que ſtabilit hominem ne per im
patientiam frangatur. ⁊ modeſtia in proſperiꝭ que tenet ho
minem ne per ſuperbiam eleuetur De iſtis duabus turrel
lis dicitur Pſal.cxxj. Fiat pax in virtute tua et abundan-
tia in turribus tuis. nam per patientiam in aduerſis: ⁊ per
modeſtiam in proſperis. acquiritur ⁊ cōſeruatur abundan
tia omnium diuinorum beneficiorum in nobis. Per tha-
lamos autem in quibus homines dormiunt et quieſcūt. in
telligitur pax. Unde in Pſal.iiij. In pace inidipſum dor-
miam et requieſcam. Eſt autem duplex pax ſcilicet interna
⁊ fraterna. ideo dicuntur thalami eſſe hinc ⁊ inde ex vtra-
q̄ parte porte. ⁊ tres ex vna parte. quia pacem internā tria
faciūt. Primū eſt ſcientia munda. Eccleſiaſtici.xliiij. Ho-
mines diuites in virtute pulcritudinis ſtadium habentes
pacificantes in domibus ſuis. id eſt in conſcientijs ꝓprijs
Secundum eſt amicitia diuina. Auguſti.lib.confeſſi. In-
quietum eſt domine cor meū donec requieſcat in te. ⁊ pſal.
cxviij. Pax multa diligentibus legem tuam. que eſt lex di-
uini amoris. Tercium eſt ſufficientia modeſta per quā ali
quis eſt contentus his que habet ⁊ ſic in ſe pacificatus. de
quo poteſt exponi quod dicitur Mathei.v. Beati pacifi-
ci quoniā filij dei vocabūtur. tales enim filij dei q̄dammo
do deo aſſimilantur. qui nō indiget aliq̄ extra ſe. ſ; ē ibi ſuf
ficientiſſim⁹. Similiter ex altera ꝑte porte ſunt tres thala-
mi. q̄ tria faciūt pacē fraternā. Primū ē hūilitas vera que
intantū pacifica eſt ꝙ facit pacifice habitare cū ſuo contra
rio. ⁊ hoc ē ſpeciale in hac v̄tute. nā caſtus nō habitat paci
fice cū luxurioſo. nec iuſt⁹ cū iniquo. ſed humilis habitat
pacifice cum ſupbo. quia ſicut ſuperbus vult dominari. ita
vere humilis ſubijci. ⁊ ſic vterq̄ habet quod querit. ⁊ ꝑ cō
ſequens quieſcit. Ideo dicitur Pſalmo.cxix. Cum his qui
oderunt pacem eram pacificus. id eſt cum ſuperbis. De
quibus dicitur Prouerbiorum tredecimo. Inter ſuper-

bos ſꝫ iurgia ſunt. Secundū ē eq̄tas iuſta ſine qua nulla
ſocietas poteſt eſſe pacifica. ſicut patꝫ de ſocietate latronū
q̄ ſunt aduerſarij iuſticie: niſi.n. inter ſe iuſte diuiderēt ſpo
lia ſtatim inter eos oꝛiret diſcoꝛdia. ideo dicit eſa. xxxij. Erit
opus iuſticie pax. Terciū ē taciturnitas debita que tenet
os clauſum ne ꝓrumpat in verba diſcoꝛdie ſeminatiua. vñ
ꝑ oppoſitū dicit Ecci. xxviij. Suſurro et bilinguis male-
dictus. multos.n. turbauit pacem habētes. De quolibꝫ au
tē dictoꝝ thalamoꝝ poteſt dici qđ ſcribit deut. xxxiij. Amā
tiſſimus dñi habitabit ꝯfidēter in eo. quaſi in thalamo mo
rabit tota die. qui.n. deū vere diligit in dictis thalamis iu
giter cōmorat. poſt expoſitionē poꝛtarū ꝓcedendū eſt ad
expoſitionē gazophilatioꝝ. que ſupꝛa deſcribunt eē circa
pauimentū oꝛientale. Et dicunt eſſe triginta ꝑ que deſigt̄
impletio decē p̄ceptoꝝ tempibus tribus neceſſaria. ſ. tem-
poꝛe legis nature ⁊ tempe legis moſayce. ⁊ tempe leg̃ euā
gelice. Denarius aūt numerus multiplicatus ꝑ ternarium
cōſurgit in triceſimū. Et bene dicunt gazophilacia a gaza
⁊ phylaxe qđ ē ſeruare. nam per impletionē decem p̄cepto
rum cōſeruant diuitie virtutū. Poſt expoſitionē gazophi
latioꝝ ſequitur expoſitio menſarū. que ſupꝛadicte ſūt octo
per quas deſignant quatuoꝛ partes veteris teſtamenti ⁊ q̄
tuoꝛ noui. de quibus tanq̄ de menſis ſpiritualibus reficit
totus populus xp̄ianus ſm q̄ dicit Deutro. viij. ca. Non
in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo qđ egredit de
oꝛe dei. Qꝛ aūt vetus teſtamentū in quatuoꝛ ptes diuidat:
dixi plenius in pꝛincipio Geñ. Diuiditur.n. in libꝛos lega
les: hiſtoꝛiales: ꝓphetales ⁊ ſapiētiales. ⁊ cōſimilit diuidit
nouū teſtamētū. nam libꝛis legalibus coꝛreſpondent euāgelia.
hiſtoꝛialibus actus apoſtoloꝛū: ſapientialibus ep̄le pauli
⁊ ep̄le canonice. ꝓphetalibus aūt Apocalypſis. De quali-
bet autē dictarū menſaꝝ poteſt dici qđ ſcribitur Pꝛouer.
ix. ca. Sapiētia edificauit ſibi domū excidit columnas ſe-
ptem. imolauit victimas ſuas. miſcuit vinū. ⁊ ꝓpoſuit mē-
ſam ſuā. Scriptura nāq̄ ſacra ē menſa ſapientie. Poſt ex-
poſitionē menſarū. ſequit expoſitio atrij interioꝛis. i quo
ſm hebꝛeos q̄tuoꝛ ponūtur. ſ. altare holocauſtoꝝ. gazophi
lacia ſacerdotū hebdomadarioꝝ: ⁊ gazophilacia cantoꝝ. ſi
militer hebdomadarioꝝ ⁊ tranſitus aquarū a latere altar̃.
Et qm̄ edificatio eccleſie ſpūalis nō ſolū cōſiſtit in moꝛib⁹
etiā refectiōe de mēſa ſacre ſcripture. ſe etiam in ſacramē-
tis. ideo ꝑ altare holocauſtoꝛū intelligit euchariſtie ſacr̄m
in quo quotidie immolat agnus q̄ tollit peccata mūdi. vñ
dicit Aug⁹. in lib. ſentē. ꝓſperi. Semel imolatus ē xp̄s in
ſemetipo. ⁊ tñ q̄tidie imolat in ſacramento: inquantuꝫ per
hoc ſacramentū efficimur quotidie pticipes fructus domi
nice paſſionis. Unde ⁊ in quadā dñicali oꝛone ſecreta dr̄.
Quotiēs huius hoſtie ꝯmemoꝛatio celebꝛat. opus nr̄e re-
demptionis exercetur. de hoc aūt altari dicit Hebꝛe. xiij.
Habemus altare de q̄ nō habent edere poteſtatē: hi qui ta
bernaculo deſeruiūt ceremonias legis veteris obſeruātes
Et quoniā euchariſtie ſacr̄m cū diuinis laudibus eſt confi
ciendū. ideo ꝓpe altare. ſ. in atrio iterioꝛi ponūtur gazophi
latia ſacerdotū: hebdomadarioꝝ ⁊ ſilr̄ cantoꝝ ꝑ q̄ deſignā
tur merita celebꝛantiū ⁊ eis miniſtrantiuꝫ. Per aquas vo
egrediētes de templo ⁊ trāſeuntes ad latus altaris ſignifi-
cat ſacramentū baptiſmi. de q̄ dicit Johel. iij. Fons egre-
diet de domo dñi. ⁊ irrigabit toꝛrentē ſpinarū. Dicunt au
tem aque iſte egrediētes de templo. per quod templum ſi
gnificant duo p̄ncipales nr̄e fidei articuli. ſ. articulus ſan-
cte trinitatis. ⁊ articulus incarnatiōis. vt poſtea plenꝰ di-
cetur. qꝛ baptiſmus ſm cōmunē eccleſie foꝛmā cōfertur in
nomine ſancte trinitatis. ſm q̄ dicit Math. vl. Euntes do
cete oēs gētes baptizātes eos in noīe patris ⁊ filij et ſpūſ
ſancti. ⁊ qꝛ in p̄mitiua eccleſia fuit collat⁹ in noīe xp̄i. vt hꝫ
in actibus ap̄loꝝ in pluribꝰ locis quod eſt nomen ſuppoſi
ti in q̄ vniūtur natura diuina ⁊ humana. De duobus autē
iſtis ſacramentis loq̄tur ſpecialiter ezechiel ꝓpheta. qꝛ ſūt
ſpeciali modo ſacramēta noue legis inquātum xp̄s ꝑ ſe ea
inſtituit ⁊ eis vſus fuit in ſeipſo. ⁊ hoc patet de ſacramēto
baptiſmi in quatuoꝛ euāgelijs q̄tum ad vtrūq̄. ſ. inſtituti-

onem ⁊ vſum. ⁊ ſimiliter de ſacramento euchariſtie q̄tum
ad eius inſtitutionem. q̄tum autem ad eius vſum non ha-
betur in euāgelijs expꝛeſſe. ſed hoc tenet cōmunitas eccle
ſie. quia dicitur Actu. j. Cepit ieſus facere ⁊ docere ⁊ ideo
ſicut pꝛius baptizari voluit. ⁊ poſtea baptiſmū alijs impo
ſuit. ſic in cena pꝛimo coꝛpus ſuum ⁊ ſanguinem ſumpſit ⁊
poſtea diſcipulis ſumendum tradidit. Unde dicit Hiero-
nymus ad Leſbyam. Dominus Jeſus ipſe cōuiua ⁊ conui
uium. ipſe comedēs ⁊ qui comeditur. vnde verſus. Rex ſe
det in cena turba cinctus duodena. Se tenet in manibꝰ. ſe
cibat ipſe cibus. Per hec autem ſacramenta que pꝛincipa-
lia ſunt alia ſubintelligūtur. Poſt expoſitionem atrij inte
rioꝛis pꝛocedendum eſt ad expoſitionem templi. Et qm̄
edificatio eccleſie ſpiritualis non ſolum cōſiſtit in moꝛibꝰ
⁊ refectione per ſacram ſcripturam. ⁊ ſacramētis ſꝫ etiam in
fidei articulis. ideo per templum ſignificātur ſequētia. qđ
diuiditur in tres ptes. ſcꝫ poꝛticum ſanctum. ⁊ ſanctūſan-
ctoꝛum. Per poꝛticum autem ē ingreſſus ad alias partes
⁊ ideo per ipſam intelligitur articulus vnitatis diuine eēn-
tie. ⁊ articulus ſue ꝓuidentie q̄tum ad pꝛemiationē boni.
⁊ punitionem mali. fides.n. iſtoꝛum articuloꝛum ſemꝑ fu
it neceſſaria ad ſalutem. ⁊ eſt pꝛima ad alioꝛum credulitatē
vnde dicitur Hebꝛeo. xj. Credere eñ opoꝛtet accedentem
ad deum quia eſt ⁊ inquirentibus ſe remuneratoꝛ ſit. Per
ſanctumſanctoꝛum intelligitur articulus ſancte trinitatis
ſm tres manſiones vna ſuper aliam ibidem exiſtentes. Li
cet autē nō ſit ibi ſuperioꝛitas nec inferioꝛitas pꝛopꝛie. ta
men filius eſt a patre. ⁊ ſpiritusſanctus ab vtroq̄ ⁊ ſm hoc
dixit Hylarius q̄ auctoꝛitas eſt in patre et ſubauctoꝛitas
in filio. Per partem templi que dicitur ſanctum intelligit
articulus incarnationis benedicte. per quam tres nature i
ſuppoſito filij ſunt vnite. ſcꝫ natura diuina. anima rationa
lis ⁊ caro xp̄i puriſſima. que ſignificantur per tres manſi-
ones vnam ſuper aliam exiſtētes. diuina nāq̄ natura ſupe
rioꝛ eſt ad animam. ⁊ anima ad carnem. De iſtis vō dua-
bus templi partibus poteſt accipi quod dicitur Apocali.
xxj. Et templum nō vidi in ea. ſ. materiale. quia ſm iſtū vl
timū exponendi modum per viſionem Ezechielis non in
telligitur aliqua edificatio materialis ſed tm̄ ſpūalis. ideo
ſequitur ibidem. Dominus enim deus omnipotens trinꝰ
in perſonis templum eius eſt q̄tum ad ſanctumſanctoꝛū
et agnus. id eſt filius incarnatus q̄tū ad illam templi par
tem que dicitur ſanctum. Per pilarios autem templi ſigni
ficantur miracula confirmātia fidem xp̄i. vnde dicit Mar
ci vlt. Illi autem pꝛofecti pꝛedicauerūt vbiq̄ domino coo
perāte ⁊ ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Per
cochleas vero quibus aſcenditur ſurſum poſſunt intelligi
noticie creaturarum quibus aſcendimus in noticiam diui
noꝛum. ſm qđ dicitur Roma. j. Inuiſibilia ipſius id eſt dei
a creatura mūdi. id eſt ab homine per ea que facta ſunt in-
tellecta cōſpiciūtur. ſempiterna quoq̄ virtus eius ⁊ diui-
nitas. Per appenditia vero circa templum exiſtentia. in-
telliguntur omnia alia ad fidem pertinētia eo q̄ ad pꝛedi-
ctos articulos annectūtur ⁊ quoniam fides infoꝛmis moꝛ
tua eſt. niſi fuerit charitate foꝛmata. ideo ex vna parte tem
pli ponitur edificium auſtrale. ex qua parte pꝛouenit eſtus
caloꝛis. ideo edificium auſtrale ſignificat feruoꝛem dilecti-
onis. Ex altera vero parte edificium aquilonare. ex qua ꝑ-
te venit hoꝛroꝛ frigoꝛis. pꝛopter quod edificium aquilona
re ſignificat donum timoꝛis filialis. timoꝛ eñ cauſatiuus
eſt infrigidationis ⁊ tremoꝛis. vt patet ad ſenſum. Dictum
eſt autem ſupꝛa q̄ in his duobus edificijs eſt habitatio ſa-
cerdotum. quia ſacerdotes eſſe debent in continuo timoꝛe
ne deū offendant ⁊ in feruoꝛe dilectionis vt ei deuote ſer-
uiant. De iſtis edificijs aquilonari et auſtrali poſſunt acci
pi quod ſcribitur Canticoꝛum quarto. Surge aquilo ⁊ ve
ni auſter perfla hoꝛtum meū et fluant aromata illius. Per
ſpiritum enim timoꝛis et dilectionis fluūt aromata chariſ
matum in hoꝛto eccleſie militantis. per quatuoꝛ autē atri
ola poſſunt intelligi quatuoꝛ virtutes cardinales. de qui-
bus atrijs dicitur Pſal. octogeſimotercio. Melioꝛ ē dies

vna in atrijs tuis ſup millia. Vñ cõmorari in exercitio vir-
tutũ cardinaliũ et optimũ. Per culinas vo ſeu coquinas
pñt intelligi doctores ſacre ſcripture deuoti. q̃ ſuis medita
tionib⁹ decoquũt cibũ ſacre ſcripture vt alij poſſint inde re
fici. ſm illud pſ. xxxviij. Cõcaluit cor meũ intra me ⁊ i me
ditatiõe mea exardeſcet ignis. iſte vo coq̃ne ſunt in atrio-
lis ſituate. qꝛ doctores ſacri eloquij debẽt pus in q̃tuor vir
tutibus cardinalib⁹ eſſe exercitati. dr̃. n. i. Ethic. ꝙ moralis
phie nõ ẽ cõueniẽs auditor. ille q̃ eſt ſecutor paſſionum. ⁊
multominus ẽ cõueniens auditor theologie. ⁊ adhuc mul
tominus ↄueniẽs eius doctor. ꝓpter qđ in ſacre ſcripture
doctorib⁹ ꝑexigit exercitiũ in vtutib⁹ moralibus. vñ dicit
phs. vij. phyſi. ꝙ ſedendo ⁊ quieſcendo fit anima ſciens ⁊
prudens. qꝛ ſedendo ⁊ q̃eſcẽdo fit aĩa ſciens ⁊ prudens / qꝛ
ſedando turbatiões paſſionũ. ⁊ quieſcendo ab impulſioni
bus carñ qđ fit ꝑ virtutũ moraliũ exercitium. acquirit ſan
ctarum noticia ſcripturaruꝫ. poſt expoſitionẽ templi ⁊ edi
ficiorũ circa ipm dicendum eſt quid ſignificetur ꝑ ſacerdo-
tes in ipo miniſtrãtes. Circa q̃s quinq̃ ſunt ſuperi⁹ deſcri-
pta. ſ. coꝝ genus. habitus: modus victus ⁊ actus. Circa ꝑ-
mũ dr̃ ꝙ ſint filij ſadoch. q̃ interꝑtatur iuſtus. ⁊ ꝑ h̃ deſigr̃
ꝙ eccleſie miniſtri debẽt eẽ ꝑ imitationẽ ſpecialeꝫ filij xp̃i
q̃ dicit anthonomatice iuſtus: Eſai. xlv. Rorate celi deſup
⁊ nubẽs pluant iuſtũ apiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem
vñ Iohes aplus de ſe ⁊ ſibi ſilibus dixit. i. canonica. iij. c.
Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater. vt filij dei nomi
nemur ⁊ ſimus. Q̃tũ ad ſecundũ di ꝙ habeãt veſtes line
as. ꝑ quas in miniſtris eccľie deſignat mẽtis ⁊ corpis pu-
ritas ⁊ ſubdit. Et femoralia linea operiãt turpitudinẽ car
nis ſue. ꝑ qđ ſignificat ꝙ in miniſtris eccľie nihil turpitu-
dinis aut diſſolutiõis in vbo geſtu vľ facto debeat appare-
re. vñ dr̃ Exo. xix. Sacerdotes q̃ accedũt ad me ſanctificẽ
tur ne ꝑcutiã eos. Dicit etiã ſupra de ſacerdotib⁹ ꝙ i alijs
veſtib⁹ miniſtrẽt in templo. ⁊ in alijs habitent cũ pplo. qđ
impletũ videt in noue legis ſacerdotio. Q̃tũ ad terciũ di
ꝙ ſacerdotes comã nõ nutriant. ſ; attõdentes tondeant. ꝑ
qđ ſignificat tõſura clericalis in miniſtris noue legis. Q̃-
tũ ad quartũ vo dicit ꝙ ſacerdotes nõ comedãt captum a
beſtia nec ꝑ ſe mortuũ. ꝑ qđ deſignat ꝙ miniſtri eccľie nõ
debent de rapina vel alio illicito viuere. Itẽ de ſacerdoti-
bus dicit ꝙ vinũ nõ bibãt. qñ ingreſſuri ſunt templũ. ꝑ qđ
intelligit ꝙ in miniſtris eccľie eẽ debet ſobrietas ⁊ potiſſi
me qñ debẽt celebrare. tũc. n: in eis requirit nõ ſolũ ieiuni
ũm eccľie ſ; etiã nature. Q̃tũ ad quintũ dr̃ ꝙ celebrent di
uinũ officiũ. ⁊ ꝙ doceãt pplm. q̃d ſit mundũ ⁊ imunduꝫ et
quidẽ in dubijs determinent q̃d ſit tenendum. per qđ deſi
gnat ꝙ in miniſtris eccľie debet eſſe deuotio ad debite ce-
lebrandũ diuina ⁊ ſacre ſcripture cognitio. ad docendũ po
pulũ que ſunt licita ⁊ que illicita. ⁊ ad determinanduꝫ que
in dubijs ſint tenẽda. iſta tamẽ cognitio maior req̃rit ſm
ꝙ aliq̃s in eccleſie gradu maiori cõſtituit. ꝓpter qđ de igr̃-
rantia Oſee. iiij. Quia repuliſti ſcientiam repellã te: ne ſa-
cerdotio fungaris mihi.

In myſticatõe. vbi dicit in poſtilla. Per aquas vo egre
dientes de templo. Additio.

De iſtis aquis egrediẽtibus de templo plura ponũ
tur in lr̃a que poſtillator ꝑtermiſit in exponẽdo vt
cũ dicit. Menſus ẽ mille cubitos. ⁊ traduxit me ꝑ
aquã vſq̃ ad talos. Rurſumq̃ mille menſus eſt ⁊ traduxit
me ꝑ aquã vſq̃ ad genua ⁊c. q̃ oĩa nõ ẽ intelligendũ ſuper
flue fuiſſe dicta. vñ in glo. ſub quolibet ꝑticulariũ hic ↄten
torũ myſteriũ tradit. ⁊ iõ ſi q̃s de his q̃ ſic cõtinent pleni⁹
vult informari ad illam recurrat.

Poſtq̃ dictũ eſt de ſpũali edificatiõe eccľie: q̃tũ ad
ſpũale regimẽ ſeu ſtatũ clericalẽ. Hic ↄſr agit de
edificio eodẽ ꝓut ſpectat ad regimẽ tpale ſeu ſtatũ
laicalẽ. Circa qđ tria ſunt ſupius deſcripta. ſ. diuiſio terre.
ↄditio ꝑncipis. et ciuitatis edificiũ. Ad intellectũ iſtorum
ſciendũ ꝙ nulla cõitas ppľi põt ↄueniẽter ſtare ſine ↄſer-
uatiõe iuſticie. Eſt aũt duplex iuſticia. vt pꝫ. v. Ethyc. ſ. cõ
mutatiua ⁊ diſtributiua. Prima ꝓprie eſt inter populares
in emptiõib⁹ ⁊ venditiõib⁹ ⁊ alijs iuſtis ↄmutatiõib⁹: ⁊ hec
iuſticia locũ hꝫ in bonis mobilib⁹. q̃tũ aũt ad imobilia di-
ctũ ẽ. ſ. ꝙ dꝫ tribub⁹. xij. diuidi terra ꝑ eq̃lia. ꝑ qđ itelligit
ꝙ ppľi xp̃iani dñt adinuicẽ vti iuſticia ↄmutatiua cui⁹ me
diũ attendit ſm eq̃litatẽ q̃ntitis. vt hr̃. v. Ethi. ⁊ h̃ fit in bo
nis imobilib⁹. qñ q̃libet hereditate ꝓpria ẽ ↄtẽtus. ⁊ nõ ac
cipit ꝑ violentiã ſeu fraudẽ de poſſeſſione alteri⁹. vñ dicit
Deut. xxvij. Maledict⁹ q̃ trãſfert terminos ꝓximi ſui ⁊ di
cet ois ppľs amẽ. Siľr in bonis mobilib⁹ dꝫ vti iuſticia cõ
mutatiua ppľs xp̃ianus. ⁊ q̃tũ ad h̃ dr̃. ſ. xlv. Statera iu-
ſta ⁊ ephy iuſtũ: ⁊ bathus iuſt⁹ erit vobis ⁊c. De principi-
b⁹ aũt dr̃ ꝙ ſint ↄtenti terminis ſue poſſeſſiõis. ꝑ qđ intelli
git ꝙ principes xp̃iani dñt eẽ ↄtenti ſuis redditib⁹. ⁊ nul-
lo mõ grauare pplm exactiõib⁹ indebitis. vñ di Deu. xvij
de rege. Cũq̃ fuerit ↄſtitut⁹ nõ multiplicabit ſibi eq̃s nec
habebit vxores ꝑlimas q̃ alliciãt animũ ei⁹. neq̃ auri et ar
gẽti imẽſa pondera ꝑ grauamẽ. ſ. ppľi ↄgregata. ꝓpt qđ h̃
facientib⁹ ↄtrũ di Eſa. i. Principes tui infideles: ſocij furũ
oẽs diligũt munera. ſequũt retributiões. pupillo nõ iudi-
cãt. cã vidue nõ ingredit ad eos. principes igit vtunt iuſti
cia ↄmutatiua qñ ſunt ↄtenti ꝓprijs redditib⁹ et ſiľr regni
ſui limitib⁹ ita ꝙ nõ vſurpẽt indebite ſibi alioꝝ regna in to
to vel in ꝑte. Iuſticia vo diſtributiua ꝓprie ꝑtinet ad ſupi
ores q̃ ſunt bonoꝝ et oneꝝ debitoꝝ ſubditis ipoſitores. et
hec iuſticia nõ attendit ſm eq̃litatẽ quãtitatis ſ; ꝓportio-
nis. vt q̃libet honoret plus vľ minus ſicut valet ⁊ puniat
plus vľ minus ſicut debet. Et de iſta iuſticia q̃tũ ad ſacer-
dotes q̃ ſunt ſupiores i ſpũalib⁹ iam dictũ ẽ: ꝙ dñt detmi-
nare dubia. ⁊ ꝙ teneat eoꝝ ſentencia ꝑ quã vna ps iuſtifi-
cat ⁊ alia ↄdemnat. Q̃tũ ad principes aũt dr̃ i textu ꝙ fa
ciũt iudiciũ ⁊ iuſticiã in pplo. ꝑ qđ deſignat ꝙ ad h̃ tenen
tur principes xp̃iani plus q̃ principes tpe ve. te. qꝛ tot⁹ il
le ſtat⁹ fuit figuralis reſpectu no. te. ſicut dr̃. i. Coꝝ. x. cap.
Oia in figura ↄtingebãt illis. Figura aũt deficit a ꝑfectio
ne illi⁹ rei cui⁹ ẽ figura. ꝓpt qđ principes xp̃iani dñt eẽ mľ-
to ꝑfectiores q̃ principes iudeoꝝ tpe ve. te. Circa terciũ. ſ.
edificiũ ciuitatis pꝫ ex fine libri Ezechieľ. qđ in q̃dro de-
ſcribit. ꝑ ciuitatẽ vo q̃ dr̃ ciuiũ vnitas. itelligit vnitas po-
puli xp̃iani in fide ⁊ ſacramentis eccľie. vñ di Epheſe. iiij.
Vnus deus: vna fides: vnũ baptiſma. Per h̃ aũt ꝙ i qua
dro deſcribit ſignificat ꝙ popľs xp̃ian⁹ exerceri dꝫ in qua
tuor vtutib⁹ cardinalib⁹. Dr̃ eñ. x. Ethy. ꝙ intẽtio legiſla-
toris ẽ ciues facere bonos ſeu vtuoſos. In q̃libet aũt late
re ciuitatis deſcribunt tres porte. ⁊ a. xij. tribub⁹ noĩate. et
ad q̃tuor orbis ꝑtes eq̃liter reſpicientes. ꝑ qđ intelligitur
ꝙ ad principẽ xp̃ianũ ad cui⁹ officiũ ſpectat ꝑeſſe cõmuni
tati ciuiũ oẽs xp̃iani ſibi ſubditi tam minores q̃ maiores
ex q̃libet parte regni ſui liberũ ad eũ habeãt acceſſum. tan
q̃ ad ↄſeruatorẽ ⁊ defenſorẽ omniũ. Et qm̃ in h̃ ſũt dei mi
niſtri ⁊ eius vicarij. ſm ꝙ dr̃ ad Roma. xiij. Principes nõ
ſunt timori boni operis ſ; mali ⁊ ſubditur. Miniſtri enim
dei ſunt in hoc ipm ſeruientes. ideo ſubditur in fine libri ⁊
nomẽ ciuitatis ex illa die dñs ibidẽ. qꝛ ciuitas nõ nominat
a vicario ſ; a ꝑncipali dño. ⁊ ſic cõitas ppľi xp̃iani denoia
tur a xp̃o. Circa vo ꝑdicta. ſ. edificiũ templi. diuiſionẽ ter-
re ⁊ edificiũ ciuitatis deſcripti ſunt multi numeri determi
nati cubitoꝝ ⁊ calamoꝝ de q̃bus ꝓbabiliter poteſt dici in
generali ꝙ ꝑ ipos intelligit certa quãtitas meritoꝝ ſm cõ
ditiones ⁊ opa ꝑſonarũ. ſ; qm̃ iſta certa quantitas ſoli deo
nota ẽ q̃tum ad omnia. alijs vo q̃tum ad aliq̃. quib⁹ ⁊ quã
tum ſibi placuit reuelare. iõ circa expoſitionẽ dictoꝝ nu
meroꝝ in ſpeciali ⁊ in particulari deſcendere nolui. ſ; hoc
alijs relinquere q̃bus reuelare voluerit ille. de quo dicitur
Danielis. ij. Ipſe reuelat ꝓfunda ⁊ abſcondita. ⁊ nouit in
tenebris ↄſtituta. Et lux cuꝫ eo eſt. Cui laus ⁊ honor ⁊ glo
ria: ꝑ infinita ſecula ſeculorum Amen.

Poſtilla venerabilis fratris Nicolai de lyra ſup Eze
chielem prophetam finit.

Incipit expoſitio in plogum Danielis confratris cuiuſdam de ordine poſtillatoris.

D Anielem ꝓpheram ⁊c. Iſtum ꝓlogum dirigit Hiero. paule ⁊ euſtochio. ad quarū petitioneȝ tranſtulit librū iſtū ⁊ cōtinet tres ptes. In pri- ma excitat ad atten- tionē ſignificās libri difficultateȝ vſq̄ʒ ibi. Hec iccirco refero vt difficultatē vobis da niel' oñderem. In ſe- cūda diſponit ad do cilitatē ſignificans li bri ꝯtinentiā. et i quo ordine ſit ve. teſta. q̄ incipit ibi: Que apd hebreos ⁊c. In tcia pte captat beniuolen tiā oñdens opis vtili tatē ibi. Vñ obſecro vos ⁊c. q̄ſtū ad p̄maȝ parteȝ nota. q᷑ oñdit libri difficultatem ex trib⁹. Primū ē in cō paratiōe ad aliorum tranſlationē.ſ. lxx. q̄ qꝛ a v̄itate diſcordat repudiata ē. ⁊ h̄ intē dit primo cum dicit. Danielē ꝓp̄ham ⁊c. Scd̄m ē ex libri ſcri- ptura. qꝛ lr̄is chalda icis nō hebraicꝫ ſcri- ptus ē. ⁊ h̄ ē dō dicit Sciendum q̄ppe ⁊c. Terciū ē ex ſuo ſtu- dio ⁊ labore qd̄ tertiō exprimit. d. deniq̄ʒ ⁊ ego adoleſcentulus. In ſecūda pte q̄ inci pit ibi: q̄ apud hebre os ⁊c. diſponit ad do cilitatē per tria. Pri mū ē q̄ſtū ad ꝯtinen- tiam hui⁹ libri. conti net eñ liber iſte apo cripbā partē ⁊ hyſto riā ſuſanne. hymnuȝ puerorum ⁊ belis draconiſq̄ʒ fabulas. que nō reperiuntur in hebraica veritate ⁊ que cōtra hoc opponant ab hebreis ponit hiero. cū dicit. Audiui ego quendā ⁊c. Scd̄m eſt q̄ſtū ad ſytū hui⁹ libri in ſerie libroꝝ ve. teſta. ⁊ h̄ eſt qd̄ dicit. Super qua re ⁊c. Terciū ē q̄ſtum ad ea q̄ opponunt a por phyrio contra hunc librū ibi: Que autē ex hoc ꝓpheta ⁊c. In tercia pte que incipit ibi. Unde obſecro vos ⁊c. captat beniuolentiam ſignificās operis vtilitatē. ꝓ qua rogat pau lam et euſtochiū vt fundant ꝓ eo preces ad dñm. ⁊ ſubdit ibi q᷑ parū curat de emuloꝝ iudicio qui in vtrāq̄ʒ partem declinant aut amore aut odio. Et ſic iſte ꝓlogus terminat His viſis lr̄e inſiſtam⁹. b Sermo chal. ē. qꝛ iſte liber fuit chaldaico ſermone ⁊ chaldaicis litteris ſcriptus.
c Quibuſdā ꝓpie. lr̄e. n. chaldeoꝝ numero ⁊ ſono cōcor dant cū hebraicis. diſcrepāt tamē caracterib⁹. i. figuris. ſic dictū ē ſupra. circa pnicipiū expōnis ꝓlogi in libros Reg. d A nr̄o. i. hebraico qd̄ dicit ſuū. quia interpres erat ⁊ de de ipis noticiā iā habebat. e Noluerūt. lxx. interptes qꝛ chaldaic⁹ erat ſermo q̄ in q̄buſdā diſcrepat ab hebraico. f Eaſdē lineas. i. caracteres vl' figuras. g Lingue. chal daice. h In trāſ. ⁊c. ⁊ ideo nec legibilis erat eorū tranſ latio ignorantib⁹ lr̄as chaldeorū. quia ſcripta erat chalda icis lr̄is ⁊ greco ſermone ⁊ cum h̄ multū a veritate diſcor dabat. vñ recte repudiata eſt. i. repulſa et abiecta ab eccl'ijs

Incipit plog⁹ ſancti hie ronymi in Danielē pphāȝ

a D Anielē ꝓphetaȝ iuxta ſeptuagin- ta interptes dñi ſaluatoris eccl'ie nō legūt: vtētes theodotionis editione: et hoc cur acciderit neſcio. ſi b ue. n. qꝛ ſermo chaldaicus c eſt ⁊ quibuſdā ꝓprietatib⁹ d a nr̄o eloquio diſcrepat no e luerunt ſeptuaginta inter- f g ptes eaſdem lingue lineas h in tranſlatōne ſeruare: ſiue ſub noīe eoꝝ ab alio neſcio q̄ nō ſatis chaldeā linguaȝ ſciēte edit⁹ ē liber: ſiue ali ud q̄d cauſe extiterit igno- rans: hoc vnum affirmare poſſum q᷑ multū a veritate diſcordet ⁊ recto iudicio re pudiatus ſit. Sciendū q̄p pe danielē maxime ⁊ eſdrā hebraicis q̄dē lr̄is: ſꝫ chal- deo ſermone cōſcriptos: ⁊ i vnam hieremie pericopē: iob q̄ȝ cum arabica lingua plurimā hr̄e ſocietatē. De k niq̄ʒ et ego adoleſcētul⁹ p⁹ l q̄ntiliani ⁊ tullij lectiōeȝ ac m flores rhetoricos cū me in lingue hui⁹ piſtrinū reclu- ſiſſem: ⁊ multo ſudore mul n toſq̄ʒ tpe vix cepiſſē: anhe o lātia ſtridētiaq̄ʒ v̄ba reſo- p nare: ⁊ q̄ſi p criptā ambu- q lās rarū deſup: lumē aſpi- r s cerem: impegi nouiſſime i t v danielē ⁊ tanto tedio affe- y ctus ſū vt deſperatōe ſubi z ta oēm laborē veterē volu erim cōtemnere. Verū ad hortāte me quodā hebreo ⁊ illud mihi crebri⁹ ſua lin a gua ingerēte labor impro- bus oia vincit: q̄ mihi vide bar ſciolus inter eos cepi rurſus diſcipulus eē chal- daicus. Et vt verū fatear vſq̄ʒ ad p̄ntem diez magis poſſum ſermonē chaldai- a cū legere ⁊ itelligere: q̄ʒ ſo nare. Hec iccirco refero vt difficultateȝ vob̄ danielis oñderem q̄ apud hebreos b nec ſuſanne habet hiſtoriā c nec hymnū triū puerorum nec belis draconiſq̄ʒ fabu las q̄s nos qꝛ in toto orbe d diſpſe ſunt: veru añpoſito e eaſq̄ʒ iugulāte ſubiecim⁹: nec videremur apud impe ritos magnā partem volu

i Unā hiere. pericopē. i. deciſionē vel ptē. a peri qd̄ ē de ⁊ cope qd̄ eſt ceſſio. iſtā pericopē appellat lamentatōes. k Poſt q̄nti. ⁊ tu. lectionē. i. ſtudiū. i. poſtq̄ʒ ſtuduerā in libris q̄ntiliani ⁊ tulij. l Ac flo. eius rhetoricos. h̄ dicit ꝓpter tuliū q̄ fuit maximus rhetoꝝ. in cui⁹ rhethorica ſtu duerat hieronimus. m Cū me in lin. ⁊c. i. cū me in laborem addiſcendi linguam chaldaicā imiſiſſem. Piſtrinuȝ appellat locus in q̄ piſtrit: et ſicut ait Iſid'. in. xv. ethi. Piſtrinū dī q̄ſi pilis tritum. qꝛ pilo antea tundebāt gra- nū. vñ ⁊ apud vete- res nō molitores ſꝫ piſtores dicti q̄ſi fiſ- ſores a findēdis gra nis frumēti. mole. n. vſus non erat. ſꝫ gra nū pilo findebāt. Et qꝛ ibi erat magnus labor añq̄ʒ pficeret. io dicit ſe piſtrino recluſiſſe. i. multis la boribus ſe cōmiſiſ ſe. Et ad lr̄am ſui re cludebant antiq̄tus vt grana tererēt in piſtrino. ⁊ q̄ſiq̄ʒ ꝓpt hoc ponit piſtrinuȝ ꝓ pena ſeruili. ⁊ ip̄e redegerat ſe in mag- nā ſeruitutē addiſcē di linguā illam. n Anhelātia. i. ha bitū vel ſpm̄ emittē tia. ab anhelo anhe las qd̄ eſt anxiari vel halitum emittere. qꝛ cū multis aſpiratōi bus formāt in guttu re verba chaldaica. o Stridētiaq̄ʒ for: reſonātia. qꝛ cum ve hemēti repcuſſione lingue ꝓferunt inter dentes. ⁊ iō ſtri dēt in emiſſione. p Et q̄ſi p cri. am. cripta idē eſt q᷑ cauerna. dicit ḡ ſe q̄ſi p criptā ambulare q̄ obſcura eſt. qꝛ ſol ibi nō lucet vt p hoc lingue illi⁹ obſcuritatē ſignificet. q Raꝝ. i. puū. r Lu men deſup aſpicere. ſupple cepiſſem. i. cū cepiſſem parum intelligere: ſicut ille q̄ ambulat p cripā q̄ñ deſup venit lu- men incipit viā videre. s Impegi. i. ceſpitaui. t No- uiſſime. poſt multos labores. v In danielē. i. ſup librū danielis quē trāſferre volebā: ⁊ ſm̄ iſtā ſignificatiōnē im- pingere neutrū ē. vl' impegi. i. fortiter me impuli. In da nielē. i. ad trāſferēdū libꝝ danielis. ⁊ ſic ipingere actiuū ē x Et tāto tedio affect⁹ ſum. in trāſferēdo. y Ut deſpe. ſubita. q̄ in trāſlatōis exordio me inuaſit. z Oēm ve. la borē. quē ſuſtinuerā in addiſcēdo linguā chaldaicā.
a Ingerēte. i. inferēte vel ſuggerente. b Laborim. oia vincit. illud ſcribit in pamphilo improbus dī nō ꝓbus im portun⁹ ⁊ pſeuerās. ⁊ h̄ vltimo mō accipit hic. lꝫ in pāphi lo poſſet poni ꝓ importun⁹. a Q̄ ſonare. i. debito ſono ꝓferre. b Suſanne hyſtoriā Dañ. xiij. c Nec he. dra- co. fabulas. Danielis. xiiij. d Veru. i. obelo antepoſito per quod ea que ſcribebantur tanq̄ʒ ſuperflua oſtendeban tur iugulanda. vide ſupra in epiſtola ad deſideriuȝ vbi agi tur de aſterico ⁊ obelo.
e Subiecimus. i. in fine opis poſuimus.

minis detrūcaſſe. Audiui
f ego quēdā de p̄ceptorib⁹
iudeoꝝ: cū ſuſanne deride
ret hiſtoriam. ⁊ a greco ne
ſcio q̄ eā diceret eē ꝯfictā
illud opponere qđ origeni
q̄q̄ aphricanus oppoſuit
etymologias has apothoy
chynoy chyſe: et apothoy
prinoy pryſe d̄ greco ſmo-
g ne deſcēdere. Cui⁹ rei nos
h intelligentiam noſtris hāc
i poſſum⁹ dare vt verbi gr̄a
dicam⁹ ab arbore ilice di-
k xiſſe eum ilico pereas et a
l m lentiſco in lentē te cōminu
n at angelus vel nō lente pe-
o reas. aut lētus. i. flexibilis
p ducaris ad mortē ſiue ali-
q ud quid ad arboris nomē
r ꝯueniēs. Deinde tātū fuiſſe
s ocij tribus pueris: cauilla
t bat vt in camino eſtuātis in
cēdij metro luderēt. ⁊ p or
dinē ad laudē dei oīa elem
ta ꝓuocarent: aut qđ mira
culū diuineq̄ aſpirationis
iudiciū vl' draconem inter-
v fectū offa picis vl' ſacerdo-
x tū belis machinas dep̄hē
ſas. que magis prudētia ſo
lertis viri q̄ ꝓphetali cēnt
y ſpū ꝑpetrato. Cū vo aba-
cuc veniret. et de iudea in
z chaldeā raptū diſcophorū
z lectitaret. querebat exēplū
vbi legiſſemus in toto ve-
teri teſtamēto quēq̄ ſctōꝝ
graui volaſſe corpe: ⁊ i pū
cto hore tanta terrarū ſpa-
cia trāſiſſe. Cui cū q̄dam ē
a nr̄is ſatis ad loquēdū ꝓm
b ptulus ezechielē adduxiſ-
ſet in mediū ⁊ diceret eū de
chaldea in iudeā fuiſſe trāſ
latū deriſit hoīem ⁊ ex ipo
volumine demōſtrauit eze
chielem in ſpiritu ſe vidiſ-
ſe tranſpoſitum. Deniq̄ et
apl'm noſtrum videlicet vt
erūditū virū. ⁊ qui legē ab
c hebreis didiciſſet non fuiſ
ſe auſuꝫ affirmare ſe raptū
in corpore ſed dixiſſe. Siue
in corpore ſiue extra cor-
pus neſcio: deus ſcit. his
d ⁊ talibus argumentis apo
criphas in libro eccleſie fa

f De p̄ceptorib⁹. i. de mgr̄is q̄ dicebāt p̄ceptores: q̄ꝛ do-
ctrine coꝝ tāq̄ p̄cepta cuſtodiebāt talis dꝫ eē l̄ra. Audiui
quendā de p̄ceptorib⁹ iudeoꝝ. cū ſuſanne derideret hyſto-
riā. ⁊ a greco neſcio q̄ eā diceret eē ꝯfictā illud opponere
qđ origeni q̄ꝫ aphrican⁹ oppoſuit: ethymologias has apo
thoychynoy chyſe et
apothoy prynoy pry
Daū.13.a. ſe: d̄ greco ſermōe de
ſcēdere. De grecꝭ lit
teris q̄ ſolēt h̄ ſcribi
me ad p̄ſens nō, ītro-
mitto. ſ; ita dn̄t ſilba
bicari ſicut p̄ſcriptū
ē ſenſus talis ē. Au-
diui quēdā magiſtrū
iudeoꝝ deridentē ſu
ſanne hyſtoriā. ⁊ a q̄
dā greco dicētem eē
ꝯfictā. ⁊ ad ꝓbandū
iſtđ opponebat xp̄ia
nis illud qđ aphrica
nus diſputās cū ori-
gene illi oppoſuit. ſ.
has ethymologias q̄
hic ponūt ⁊ ſumunt
de. xiij. Danielis. de
ſcēdere de greco. ⁊ ꝑ
hoc arguebat ab aliq̄
greco eē ꝯpoſitā: cuꝫ
tales etymologie nul
lā habeāt ꝯuenienti-
am cuꝫ hebraico. Eſt
Daū.5.c. aūt etimologia expo
ſitio vni⁹ vocabuli ꝑ
aliud vocabulū vnū
ſiue plura: magis no
tū vl' magꝭ nota. l ea
dē lingua vl' in diuer
ſis ſm̄ rerū ꝓp̄etatē
⁊ l̄rarū ſil'itudineꝫ vt
de⁹ dās eternā vitam
ſuis. lapis ledens pe
dē: piger pedib⁹ eger
et dr̄ ab etymo grece
qđ ē verū latine. ⁊ lo
gos qđ ē ſermo vl' rō q̄ſi veriloquium. q̄ꝛ etymologizādo vo
cabulū verā ipi⁹ originē loq̄mur. q̄ itaq̄ dr̄ apo thoy chy-
noy chyſe ⁊ apothoy prynoy pryſe: greca ē etymologizatō
⁊ ſonat apud nos a ſcindo ſcindere: ⁊ a prino ſecare. vnde
Daniel. xiij. Poſtq̄ alter ſenū r̄ndit. Sub cino qđ nomen
arboris apud grecos ſciſſionē notat. fit alluſio ꝑ verbuꝫ ſe-
quēs cum dicit. Scindet te mediū. Alluſio dicit ꝯſonātia
ab alludo dis. qđ ē iuxta ludere ꝯcordare: ꝯcurrere. vn̄ qn̄
q̄ſi ꝑ quandā ꝯſonātiā ex vno vocabolo aliud elicitur allu
ſio dr̄. Itē cū alter r̄ndiſſet. Sub prino qđ nomē arborꝭ ſo
nat ſectionē iđ alludit ei verbū ſequēs cum dr̄. Ut ſecet te
mediū. Alij exponūt ſic. Sub cino. i. ſub ilice ⁊ dicūt q̄ for
te hebraice nomen huius arboris ſciſſionē ſonat. ⁊ fit allu-
ſio verbi ad nomen precedens cū ſubdit. Scindet te. Itē
exponūt. Sub prino. i. ſub lentiſco. Eſt autē lentiſcus ar-
bor humilis. cuius ſuccus ſciſſuras labioꝝ ⁊ manuū cōſo-
lidat. ⁊ dr̄ a lenta ſectiōe. vnde vt fiat alluſio v̄bi ad nomē
arboris ſubdit. Ut ſecet te mediū. licet aūt expō iſta ꝓ ꝑ-
te extrahat ex gloſ. credo q̄ hmōi verborū alluſio ſm̄ gre
cā linguam nō ſm̄ hebraicā habeatur. vn̄ ⁊ in eadem gloſa
ſcribit: q̄ ſi nō pōt hoꝝ etymologia apud eos inueniri. co-
gimur hebreis ꝯſentire qui hanc pericopen. id ē particulā
grecam eſſe cōtendunt. g Cuius rei nos ⁊c̄. Hic oſten
dit Hierony. ſimilem verborum etymologizationem et al
luſionem: vt manifeſtet iudei oppoſitionem vnde dicit.

g Cui⁹ rei intel. i. ſil'itudinē ꝑ quā pn̄t itellīgē oppoſitio
nē iſtā. h Nr̄is. latinis. i Poſſum⁹ ⁊c̄. dixiſſe euꝫ iu
deū vl' quēlibet aliū ꝑ quandā alluſionē. k Ilico. i. ſta
tim. l Pereas ⁊ a lētiſco. ꝑ quādā alluſionē. m In lē.
te ⁊c̄. lens lentis legumē quoddā minutū ē ⁊ dr̄ a lētus len
ta lentū. q̄ꝛ lētas hūi
da ē. v̄ſus. Lens len-
dis capitis: lens lētis
ꝯuenit ori. n Ul' nō
lē. ꝑe. aut lētus. i. fle-
xibilis ꝑ vicia. Ducarꝭ
ad mortē. Lētus mł'
ta ſignificat q̄ hn̄t ꝑ
hos v̄ſus. Flexibilis
lent⁹ ſit mollis nō hn̄
ſicc⁹ ſit piger tard⁹
nō fortis deſidioſus
p Siue aliđ q̄d. a p̄-
dictis. q Ad ar. no
mē. ilicis vl' lentiſci. Daū.14.g.
r Cōueniēs ꝑ q̄ndā
alluſionē vl' ꝯſonātiā
s Trib⁹ puerꝭ. Da- Ezech.40.a.
nie. iij. t Cauillabat
. i. calūniabat vl' deri
debat hebre⁹ ille d̄ q̄
ſ dixim⁹. Nota q̄ ca
uillo las. qđ et cauil-
lor laris iuenit ꝓ ca-
lūniari. deridē: ꝯten-
dere: cū vicio iocari:
aliquātulū decipe. ſi
cut faciūt ſophiſte q̄
ſciēter verū negāt vl'
falſū affirmāt vt alioſ
decipiāt. v Offa pi
cis. Danie. xiiij. offa
ꝓp̄e dr̄ fruſtū panis
humectatū. ⁊ ꝯponit 1. Cor. 12. g.
ab ob ⁊ fans. q̄ſi ꝯ fā
tē. i. loquētē. q̄ꝛ iplet
os ⁊ ipedit loquelaꝫ.
h aūt accipit ꝓ maſ-
ſa pyloꝝ i pice et adi
pe decoctorum.
x Machinas. i. artificioſas ſtructuras q̄s ſb̄ mēſa bel' ꝑa-
uerat vt latēter poſſent itrare ⁊ exire. machina dr̄ fabricavl'
q̄libet artificioſa ſtructura. y Cū vo abacuc. Danie. vi.
z Diſcophoꝝ. i. dapiferꝝ. ſ. abacuc. q̄ ferebat cibū meſſori-
b⁹. Diſcus dr̄ vas eſcariū: ſic̄ ē ſcutella. ⁊ dr̄ diſcus q̄ſi dās
eſcas. ⁊ ꝯponit cū foros qđ ē ferre. ⁊ dr̄ diſcophorus q̄ſi fe
rēs diſcū. ⁊ ipe portabat panes in alueolo. Diſcus multa ſi
gnificat q̄ poteris inuenire in opuſculo vocabuloꝝ biblie.
z Querebat ex ⁊c̄. potuit adduci illud Gene. v. vbi dr̄ de
enoch. Ambulauit cū deo. ⁊ nō appuit. q̄ꝛ tulit eū de⁹. Itē
illud. iij. Reg. xviij. ca. b. qđ dicebat abdias ad helyā. Cum
receſſero ad te. ſp̄us dn̄i aſportabit te i locū quē ego ig̃ro.
Itē illud. iiij. Reg. ij. qđ dixerūt filij ꝓp̄harū ad helyſeuꝫ.
Ecce ſerui tui ſt̄ q̄nq̄ginta viri fortes q̄ pn̄t ire ⁊ q̄rere dn̄m
tuū ne forte tulerit eū ſp̄us dn̄i. ⁊ ꝓiecerit eū in vnū mon-
tiū aut in vnā valliū qđ nō dixiſſent filij ꝓp̄haꝝ q̄ ꝑus de
ei⁹ receſſu ꝓp̄hauerāt niſi poſſibile eēt gr̄e ſp̄us q̄ erat i he
lya. a Promptul⁹. i. aliq̄ntulū ꝓmpt⁹ pat⁹ ⁊ expedit⁹.
b Ezechielē. xl. a. a Nō fuiſ. au. ⁊c̄. ij. Coꝝ. xij. d A-
pocri. fa. i. hiſtorias q̄rū auctor vl' v̄itas ig̃rat. S. in ꝓlogo
ſuꝑ ioſue in p̄ncipio iuenies q̄d ſit apocriphū. ⁊ vn̄ dicat.
⁊ q̄t mōis accipit. Fabula dr̄ a fando. q̄n̄q̄ dr̄ locutio quā
doq̄ res q̄ nec vera ē nec veriſil'is. vn̄ dicit Iſi. ety. i. Fa-
bulas a fando poete noīauerunt. q̄ꝛ nō ſunt res facte ſ; lo-
quendo ficte. Item fabula dicitur hyſtoria ſicut hic.

e Illud admoneo nõ haberi da. apud heb. inť ꝓphas oc-caſione huiꝰ vbi quidã male intelligẽtes. ſicut fuit rufinꝰ. crediderũt hiero. ſenſiſſe danielẽ nõ eſſe ꝓpham quibus rñ-det in ſecũdo libro ꝯ rufinũ dicẽs. De Daniele breuiter re-ſpondebo me nõ negaſſe eũ ꝓpham: quẽ ſtatim in fronte ꝓ-logi ꝓphetã eẽ cõfeſſus ſum. ſ; qd hebrei dicerẽt τ quibus argumẽtis niterenť ſuam ꝓbare ſententiã voluiſſe monſtrare τ docuiſſe lectorẽ eccleſias xp̄i hũc ꝓpheram iuxta theodotionem legere τ nõ iuxta. lxx. trãſlatores. quorũ. ſ. in iſto libro editiões dixi multũ a veritate diſtare τ recto eccl'iarũ. Chriſti iudicio reprobatam non ẽ mee culpe q̃ dixi ſ; eoꝝ q̃ legũt. Im ꝓmptu ſit q̃tuor editiões. aq̃le Simachi. τ. lxx. theodotiõis eccl'ie iuxta theodotionem legũt danielẽ. ego qd peccaui ſi eccl'iarũ iudiciũ ſecutus ſum. Qḡ aũť refero qd aduerſum ſuſanne hyſtoriã τ hymnũ triũ pueroꝝ τ belis draconiſq; fabulas q̃ in volumine hebreo nõ habenť. hebrei ſolẽt dicere. q̃ id in me criminať ſtultũ ſe ſycophantã ꝓbat. Nõ. n. qd ipſe ſentirẽ: ſ; qd ꝯtra nos dicere ſoleant explicaui. Quoꝝ opinioni. ſi nõ rñdi in ꝓlogo breuitati ſtudẽs ne p̄fationẽ ſ; librũ ſcribere viderer. puto q̄ ſtatim ſubiecerim de quo nõ ẽ huiꝰ tẽporis diſſerere. alioq̄n τ ex eo q̄ aſſeruiť porphyriũ ꝯ hunc prophetam multa dixiſſe vocauitq; huius teſtes methodium: euſebiũ: τ apolinarẽ q̃ τ multis verſuũ milibus illius veſanie rñderũt. me accuſare poterit. quare nõ in p̄fatiũcula ꝯ libros porphirij ſcripſerim. Qui iſtiuſmõi venias ꝯſectať τ ſcripture hebraice nõ vult recipe veritatẽ. audiat libere ꝓclamantẽ. nemo. n. cogiť legere qd̾ nõ vult. Ego petentibꝰ ſcripſi. nõ faſtidioſis: gratis: non inuidis ſtudioſis nõ ſciſcitãtibꝰ. τ tñ miror q̄ theodotionẽ hereticũ τ iudaizantẽ legit. τ quãtũcũq; ꝑtõris xp̄iani trãſlationẽ faſtidit.
f In tres ſiquidẽ ptes τc. illud inuenies expoſitũ. ſ. i ꝓlogo ſup li. Reg. vbi diſtinguunť. v. libri legis et octo libri ꝓphetarũ τ nouẽ agiographoꝝ. g Porphirius. hereticus: credo q̄ fuit ille platonicus porphirius. de q̃ fit mentio in decimo li. Augu. de ciui. dei. ix. cap. τ xj. h Methodius. martyr. de quo dicit hiero. in li. illuſtriũ virorum methodius olympij lycie τ poſtea tyri ep̄us nitidi cõpoſitiq; ſermonis aduerſum porphiriũ confecit libros. τc.
i Euſebius ceſarienſis. de q̃ dicit hierony. in eodẽ libro. Euſebius ceſaree paleſtine ep̄s in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus. τ bibliothece diuine cũ pamphylo martyre diligẽtiſſimus peruestigator edidit infinita volumina. Alter fuit euſebius emiſcenus ep̄s elegãtis τ rhetorici ingenij.
k Et apolinaris laodicenſis ſyrie ep̄us. q̃ grãmaticis in adoleſcẽtia operã dedit. τ poſtea in ſacras ſcripturas innumerabilia ſcribens. ſub theodoſio imparore obijt: extãt eiꝰ aduerſus porphiriũ. xxx. libri. q̃ inter cetera opa eiꝰ maxie ꝓbanť. Alter fuit apolinaris aſie hierapolitanꝰ ep̄s ſicut hiero. in eodem libro. l Non ſatis. id eſt non multum.
m Moueor q. d. parum curo de eis. Cetera plana ſunt.

bulas arguebat. Sup qua re lectoris arbitrio iudici-
e um derelinquens illud ad-moneo non haberi danie-lem apud hebreos inter ꝓ-phetas: ſed inter eos qui agiographa cõſcripſerunt
f In tres ſiquidem ptes oĩs ab eis ſcriptura diuidiť in legem: in ꝓphetas τ i agiographa. i. in quinq; et octo et in vndecim libros. de q̃ nõ ẽ huius tp̄is diſſerere. Que aũt ex hoc ꝓpha imo
g ꝯ hũc librꝫ: porphirius ob-
h ijciat: teſtes ſunt methodi-
i us: euſebius τ apolinaris
k q̃ multis verſuum milibus eius veſanie reſpondẽtes: neſcio an curioſo lectori ſatiſfecerint. Unde obſecro vos o paula τ euſtochium fundatis ꝓ me ad dñm preces: vt q̃diu in hoc corpuſculo ſum ſcribã aliq̃d gratum vobis. vtile eccl'ie: dignũ poſteris. Preſentium quippe iudicijs oblatran-
l tiũ nõ ſatis moueor: qui in
m vtranq; partem aut amore labuntur aut odio.

Explicit prologus.

Incipit poſtilla fratris Nicolai de lyra ſuper Danielem ꝓphetam cum additionibꝰ Pauli Burgen. et replicis defenſiuis Mathie doringk ordinis minorum.

D anieli aũt dedit deus intelligẽtiã omniũ viſionũ Dan. j. In vbo ꝓpoſito tãgunť quatuor cauſe libri danielis quẽ p̄ manibus habemꝰ. ſ. cauſa ſubiectiua. effectiua. finalis τ formalis. Ad cuiꝰ intellectũ ſciendũ q̄ tres iſtarũ cauſaꝝ in idem concurrũt i tota ſacra ſcriptura τ in partialibꝰ eius libris ſub alia tñ ratõe Sicut. n. in phia naturali corpus mobile ẽ ſubiectũ ſub rõe abſoluta. τ in ptialibus libris ſub rõnibꝰ contractis. vt in libro de generatiõe corpꝰ mobile ad formã. et in libro celi τ mundi. corpus mobile ad ſytuꝫ τ ſic de alijs libris ptialibꝰ ꝯñter. ſic i tota ſacra ſcriptura deꝰ ſub rõne abſoluta eſt ſubiectũ. vñ theologia diciť q̃ſi ſermo d̾ deo. τ ſubtractis rõibus ẽ ſubiectũ in partibꝰ ſacre ſcripture vt in veteri teſtamento ſubiectũ ẽ vt rex creator τ gubernator. τ in nouo vt humani generis redẽptor τ glorificator. τ ſic ꝓcedendo magis cõtracte in partialibus libris vtriuſq; teſtamẽti. Similiter idem deus ẽ cauſa effectiua ſacre ſcripture generaliter. quia tota ſcriptura ꝓcedit per eius reuelationem τ in libris partialibus eſt cauſa effectiua. vt reuelator noticie in quolibet libro ſpecialiter contente. Similiter eſt cauſa finalis totius ſacre ſcp̄ture: loquẽdo de vltimo fine. quia tota ſacra ſcriptura ordinatur finaliter ad ſupnaturalem beatitudinẽ conſequendam que cõſiſtit in deo obiectiue. τ in partialibꝰ libris ſub ꝯtracta rõne. Igiť in libro danielis deus eſt cauſa ſubiectiua. effectiua τ finalis. ſub rationibus ꝯtractis. qd̾ notaťin verbo p̄aſſumpto cum diciť. Dedit deus qd̾ ex principio clauſule reſumiť. Deus eñ vt rex ſupeminens eſt hic ſubiectũ quia vt patebit ex ꝓceſſu libri in eo declarať ſupeminẽtia regni dei ad regna terrena. de quo diciť ps̄. xciiij: Deꝰ magnus dñs τ rex magnus ſup omnes deos. τ pſal. xlvj. Super omnẽ terrã. Et etiã cauſa effectiua in hoc libro ꝓut reuelauit danieli noticiã huiꝰ regni. de quo poteſt accipi quod ſcribitur Sapieñ. x. ca. Oſtendit illi regnũ dei τ dedit ſciẽtiam ſanctorũ. Eſt etiam deus cauſa finalis huius libri inquantũ facit nos participes huius regni. vñ diciť Apocalipſ. v. ca. Feciſti nos deo noſtro regnũ τ ſacerdotes τ regnabimus ſuper terram. Cauſa vo inſtrumentalis effectiua tangitur in verbo ꝓpoſito cum dicitur Daniel. Vñ dicitur infra. x. ca. Daniel vir deſideriorum intellige verba que ego loquor ad te. Intellexit eñ Daniel ea que ſcribit in hoc libro. vnde infra. xij. cap. dicitur. Tu autem daniel claude ſermones et ſigna librum τc. Cauſa vero formalis huius libri tangitur cum dicitur. Intelligentia omniũ viſionum. Circa quod ſciendum q̄ duplex eſt forma libri. ſcilicet forma tractatus τ forma tractandi. Forma tractatus eſt diuiſio huius libri. qui diuiditur ſcdm̄ decem viſiones vt patebit proſequendo. due vero hyſtorie que ponũtur in fine libri. non ſunt de eius integritate. quia nec apud hebreos habentur. Forma tractãdi eſt modus agẽdi. qui i libro iſto eſt viſionũ intellectio. quia viſio nõ ẽ ꝓphetica niſi ſit intellecta τ hoc ſiue ſit in ſomno ſiue in vigilia. Sicut pharao vidit ſpicas Geñ. xlj. τ Balthaſar vidit manũ ſcribentẽ in pariete: Danieľ. v. Ille dormiẽs: iſte vigilans. neuter tamẽ fuit ꝓpheta. Quia non intellexit viſionem. Sed Io-

ſeph fuit ꝓpheta.q2 intellexit viſionē pharaonis.⁊ daniel
ſilr.q̄ viſionē balthaſar intellexit.vñ dr Dañ.x.ca. Intelli
gētia opus ē in viſiōe.ſ.ad hoc ꝙ ꝓphetica dicat. Scien
dū tñ ꝙ hec viſio dr triplex.ſ.ſenſibilis.imaginaria ⁊ itel-
lectualis. Senſibilis viſio ē.qñ aliq̄d videt exteri⁹.⁊ intel
ligit ſignificatū ipi⁹
ſic̄ daniel vidit ſcptū
in pariete reg: mane
thetel phares ⁊ intel
lexit Dañ.v.imagina-
ria vo viſio ē quādo
i vtute imaginatiua
formāt imagines vir
tute diuia ad aliquid
occultū ſignificandū
ſicut daniel vidit q̄tu
o2 beſtias aſcendētes
de mari ſignificātes
quatuo2 regna.⁊ hoc intellexit Daniel.vij.Viſio vo intel
lectualis ē qñ ſine aliq̄bus imaginib⁹ ſeu figuris menti ꝓ-
phete veritas reuelat ſicut danieli cogitatio nabuch. fuit
reuelata Dañ.ij.Tu rex cogitare cepiſti in ſtratu tuo quid
eēt futurū poſt hec ⁊c̄. Licet.n.ſomniū nabuch.fuerit Da-
nieli reuelatū viſione imaginaria.q2 ſomnium regis vidit
ſomnio ſuo.vt infra dicet. tñ cogitatio regis nō potuit ſic
reuelari ſ3 ſola viſione intellectuali.ite3 in talib⁹ viſionib⁹
p̄dictis aliqñ appet aliq̄ ꝑſona docēs. ⁊ ſic frequēter legit
gabriel angelus apparuiſſe ad docendū danielē. vt ifra vi
debit ꝓſequēdo. Itē viſiones ꝓphetice aliqñ fiūt in ſom-
no aliqñ in vigilia.ſicut dictū fuit in p̄ncipio libri pſalmo
rū diffuſius.de ꝓpheticis viſionib⁹.ꝓpt qd̄ plura circa vi
ſiones hmōi al's a me dicta.in p̄ncipio hui⁹ libri ad p̄ſens
omitto.q2 poſita ſunt in p̄ncipio pſalmo2 vbi meli⁹ habēt
locū cū ſit prim⁹ liber ꝓphetalis ſm latinos doctores. Et
vtroq3 mō.ſ.in vigilia ⁊ ſomno facte ſunt viſiones danieli
vt iā in pte pt3 ex p̄dictis ⁊ magis in ſequētib⁹ apparet.et
ideo merito dī in vbo p̄aſſumpto. Danieli aūt dedit deus
intelligentiā oīm viſionū.ꝓpt qd̄ in eo fuit iplētū qd̄ dñs
dicit Oſee.xij.Ego viſionē multiplicaui.ſ.in daniele.Cui
dedi intelligentiā oīs viſionis ꝓphetice mō p̄dicto. ⁊ tan
dē a deo data ē ſibi viſio clara diuie eēntie i patria. ad quā
nos ꝑducat q̄ cū p̄re ⁊ ſancto ſpū viuit ⁊ regnat in ſecl'a ſe
culo2um Amen.

Explicit collatio ſup Danielem prophetam.

Incipit Daniel ꝓpheta. Capitulum .I.

Anno tercio Ioacim ⁊c̄. Liber Danielis diuidi
tur in tres ptes.in partē ꝓhemialē ⁊ partē exe
cutiuā ſiue principalē.in principio ſecūdi capi
tuli in anno ſecūdo.⁊ partē incidentalē in prin
cipio.xxx.ca.Et erat vir.Circa p̄mū deſcribit ſapiētia col-
lata diuinit⁹ acto2i hui⁹ libri.ſ.Danieli.vbi ſic ꝓcedit.q2 p̄
p̄mittūt quedā ad ſapientiā diſponētia.ſecundo deſcribit
collata ei ſapiētia ibi: Pueris aūt his. Tercio ponūt que-
dā ad h̄ ſequētia ibi. Fuit aūt daniel. Prima adhuc i tres
ſm ꝙ in daniele deſcribunt tria ad ſapiam diſponētia Pri
mū ē hūilitas ſtat⁹.ſecundū nobilitas o2tus ibi:Et ait rex
aphanē. Terciū ſob2ietas victus:ibi: Propoſuit aūt Da-
niel. Circa primū notandū ꝙ dr Prouer.xj. Vbi hūilitas
ibi ⁊ ſapiētia.ido dñs q̄ p̄uiderat danielē diuina ſapientia
decorari ꝑmiſit eū p̄us hūiliari q2 cū eēt de ſemine regio:
vt dicet infra ꝑmiſit tñ cū captiuari ꝑ regē babylonis q̄ ve
nit ꝯ irlm ⁊ ſpoliauit eā.⁊ h̄ ē qd̄ dr. a Anno tercio ⁊c̄.
⁊ patet vſq3 ibi.Et partē vaſo2 dom⁹ dei.Ex q̄ p3 ꝙ iſte na
bucho.fecit reuerentiā deo celi q̄ colebat irlm.q2 nō abſtu
lit inde oīa vaſa myniſterij.ſ3 aliq̄ reliq̄t ad cultū dei. Ite3
q2 illa q̄ aſpo2tauit nō applicauit hūanis vſib⁹. ſicut fecit
balthaſar nepos ſuus.ꝓpter qd̄ fuit punitus a dño.vt di-
cet.ī.v.ca.ſ3 poſuit ea in loco ſacro ſm ſuā eſtimatione3.ſ.
in templo dei ſui.⁊ hoc eſt qd̄ dicit hic.Et aſpo2tauit ea in
terrā ſenaar.i.in babyloniā que p̄ vocata eſt ſenaar.et po-
ſtea dicta eſt babylonia.a turre ibi edificata a filijs noe. vt

a A
4.Reg.14.

Incipit Daniel ꝓpha.
Capitulum I

a Anno tercio re-
gni Ioacim re
gis iuda venit
nabuchodono
ſo2 rex babylo-
nis irlm ⁊ obſedit eā: ⁊ tra
didit dñs in manu ei⁹ Io
acim regem iude ⁊ ꝑtem va
ſo2um domus dei. ⁊ aſpo2
tauit ea in terram ſennaar
in domum dei ſui. Et vaſa
intulit in domum theſau-

habet Geñ.xi. In domū dei ſui ⁊c̄. ⁊ patet. Circa iſtā par-
tem tria ſunt hic dubia. Primo q̄s fuerit iſte nabucho. q̄a
plures legunt fuiſſe ſic noīati.ſecūdo quis iſte Ioacim ea
eadē ratione.tercio quare nabucho. venit cōtra eum in p̄-
lium. Ad p2imū dicendum ꝙ iſte nabuch fuit magnus. et
dicitur a magnitudi-
ne ope2 quia regnū
chaldeo2ū quod an-
te ipſum erat paruu3
valdē ampliauit ⁊ mo
narchiam fecit ſicut
karolus magnus di-
citur ſic a magnitudi
ne ope2.q2 prim⁹ de
regibus franco2 ade
ptus ē romanū iperi
um. Dicit autē in ali
quib⁹ hyſto2ijs ꝙ na
buch.iſte p2imo vocatus eſt hoc nomine. ⁊ hoc ab euentu
quia quando de nouo fuit natus. fuit in ſiluam ꝓiectus et
dimiſſus.ſed ex diuina o2dinatione venit capra ſilueſtris
puerū lactans.quia ſcriptū eſt in pſalmo.Cuſtodiens par
uulos domin⁹.bubo etiā aduolauit ſup arbo2ē iuxta pue-
rū.quē lep2oſus ꝑ nemus tranſiens vidit ⁊ cepit admirari
quia illa auis parum apparet de die ꝓpter quod diligenti
us attendens vidit capram lactantem puerum ſub arbo2e
quem aſſumens nutriri fecit.et eum nabuchodo. ab euen-
tu vocauit.nabucho.eñ bubo dicit in illa lingua codo ca-
pra noſo2 lep2oſus. ⁊ pat3 ꝙ non fuit ille nabuchodonoſo2
ſub quo hyſto2ia iudith dicit fuiſſe.quia ille fuit poſt iſtu3
per magnū tempus. ⁊ cōmuniter dicit ꝙ fuit filius cyri.q2
hyſto2ia iudith fuit poſt reditū captiuitatis babylonice vt
pat3 ibidē. Ad ſecundū dicendū ꝙ iſte ioacim fuit filius io
ſie regis iuda.qui captiuato fratre eius Ioachaz ꝑ regem
egypti ab eodē rege egypti ꝯſtitut⁹ ē rex.ide mutato noīe
ipi⁹ q̄ pri⁹ eliachim vocabat. vt p3.iiij. Reg.xxiij.⁊ regnāt
iſte.xj.annis. Cui ſucceſſit filius eius ioachin ꝑ n ſcriptus
in fine.⁊ vterq3 captus ē a nabuch. rege babylonis ⁊ eodē
